



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Monitoria Directio Pro Ordinandis, Eorvndemqve Examinatoribus,
animarum Curatoribus, & Religiosis sæcularium Confessarijs.


urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

MONITORIA
DIRECTIO

PRO

ORDINANDIS,

EORVNDÉMQVE EXA-
minatoribus, animarum Curatori-
bus, & Religiosis sæcularium
Confessarijs.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Sumptibus IODOI KALCOVII,

ANNO M. DC XLIV.

Cum Permissu Superiorum,



Im
Arc
sto
Pri
Mo
hei
len
que
Bul
ren
Lon
nen
fir
&
salu
p
risq
cura
quo
fist
fom
sus



ERDINANDVS

Dei & Apostolicæ Se-
dis gratiâ Electus & cõ-
firmatus Sanctæ Colo-
niensis Ecclesiæ Archi-
episcopus, S. Romani

Imperij Princeps Elector, & per Italianam
Archicancellarius, eiusdem Sedis Apo-
stolicæ Legatus Natus : Episcopus ac
Princeps Paderbornensis, Leodiensis, &
Monasteriensis, Administrator Hildes-
heimensis, Berchtesgadenensis, & Stabu-
lensis : Comes Palatinus Rheni : vtrius-
que Bauariæ, VVestphaliæ, Angariæ &
Bullionis Dux : Marchio Franchimon-
tensis, Comes Pirmontensis, Loffensis,
Longiensis, Sternenbergensis : & Hor-
nensis &c. Venerabili Clero & Vniuer-
sitas ac singulis Christi fidelibus Ciuitatis
& Archidiocesis Nostræ Coloniensis
salutem in Domino sempiternam.

Pastoralis nostri officij cura præsen-
tisque temporis calamitas exigit, vt ac-
curatissimus eorum delectus habeatur,
quotquot desiderant ordinibus Eccle-
siasticis initiari, cum harum miseriarũ
fons & scaturigo, quibus grauissimè to-
tus ferè Christianus Orbis premitur, &

a 2

affli-

afflictatur, à ministrorum Ecclesiæ vitâ corruptiore & moribus alienis à nomine, statuque Clericali profluxerit, & emanarit, quorum permulti prorsus inhabiles sunt ad sacrorum Ordinum functiones. Unde mirificè nos angit & sollicitos habet, ut diligenter ob eruentur ea, quæ sacri Canones, Oecumenica Concilia, præcipuè Sacrosanctum Tridentinum pro Germaniæ reformatione potissimum institutum, nec non Provincialia & Synodalia Coloniensia de qualitatibus promouendorum ad Sacros Ordines, adiecto salubri metu censurarum & pœnarum Ecclesiasticarum, laudabiliter statuerunt. Sed cum multitudes, & eorum Canonum prorsus ignari reperiantur, ideo ne per ignorantiam tam scitu necessariorum statutorum peccarentur, hætenus initiandis paulò ante stata generalium ordinationum tempora, nostras præsentis literas ad Ecclesiæ nostræ Metropolitanæ valvas affixas iterum, iterumque publicauimus, & ne exciderent, memoriam eorum refricauimus. Quò magis in culpâ sunt & acrius reprehendendi, qui toties
publi.

publicatis statutis & decretis non obtemperant, sibi illud Christi dictum scientes: *Servus, qui cognovit voluntatem Domini sui, & non fecit voluntatem eius, vapulabit multis.* a Cuius vt rigorem & pœnas, aliasque Censuras Ecclesiasticas enadant, quæ sequuntur, diligenter deinceps observari, mandamus.

a Luc. 12. 47.

Ordines à quo Episcopo accipiendi.

I. Inprimis itaque sciant omnes tã ad primam tonsuram, quàm Ecclesiasticos Ordines aspirantes, vnumquemque à proprio Episcopo ordinari debere, & ab executione ordinis, quem ab alieno Episcopo sine proprij sui Antistitis consensu acceperit, esse suspensum; Vicario autem nostro in Pontificalibus generalitatem ex lege Diuinã, quàm ex Prouincialibus ac Synodalibus Prouinciæ ac Diœcesis nostræ Colonienfis statutis potissimum incumbere, vt manus citò nemini imponat, sed ascitis sibi Sacerdotibus & alijs prudentibus viris, diuinæ Legis ac Sacrorum Canonum peri-

tis, atque in Ecclesiasticis functionibus exercitatis, diligenter prius inuestiget & examinet ordinandorum nates, fidem, aetatem, institutionem, mores, doctrinam, titulum, cæterasque qualitates in suscipiendis ordinibus requisitas, ne si indignos sacro Ordine initiauerit, fiat particeps alienorum peccatorum, & scandala quæ consequentur, ipsi adscribantur.

a Conc. Trid. sess. 6. de reform. c. 5. sess. 7. de reform. c. 11. sess. 14. de reform. c. 2. & 3. & sess. 23. de reform. c. 3. 8. 10. Statuta Sifridi Archiepiscopi Colon. c. 9. §. item omnes & c. pag. 44. vide Fel. rec. Urbani 8. Constit. 33. Bull. rom. 4. b. 1. Tim. 5. 22. c. nullus. c. quando dist. 24. Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 7. 11. & 12. Conc. Prouinc. Colon. sub Hermannus 5. p. 1. c. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 29. & 30. & sub Adolpho 3. tit. de altero Medio. c. deinde visum. c. quoniam uero pag. 431.

Litera Dimissoria à quo impetranda.

II. Quare nemo Ciuitatis aut Archidiececis Nostræ Coloniensis vel secularis, vel Regularis ad primam consu-

am

ram, aut aliquem ordinem Ecclesiasticum coram alieno Episcopo se presentet, nisi de speciali Nostrâ, nostrive Vicarij in Pontificalibus generalis licentia in scriptis obtentâ: neque etiam qui alterius Diœcesis est, nostro in Pontificalibus Vicario presentetur absque Antistitis sui Diœcesani litteris Dimissorialibus, in quibus & ipsius vitæ ac morû probitas, doctrina, ceteræque qualitates ad Ecclesiasticos ordines suscipiendos necessariae, commendentur. Litteræ verò Dimissoriæ *b* ab alio, quàm à proprio Ordinario Diœcesano impetratæ nullius sint roboris seu momenti, nisi à Capitulo Cathedrali post annum à die vacantis Sedis Episcopalis, aut infra eum annum ubi Ecclesiastici beneficij recepti, aut recipiendi occasione ordinandus fuerit arctatus.

ac. 1. c. cum nullus. c. nullus de temp. ord in 6.
Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 3. 8. & 10.
Conc. Prouinc. Colon. sub Herman. 5. p. 1.
c. 29. & sub Adolpho 3. c. statuimus. pag. 432.
b Conc. Trid. sess. 7. de reform. c. 10.

Illegitimi nec prima tonsura, nec vlllo ordine initiandi, absque dispensatione.

III. Qui non est de legitimo matrimonio natus, tum propter Clericalem dignitatem, & paterni criminis detestationem; tum etiam quia talis metuitur futurus incontinentiæ paternæ imitator, à susceptione primæ tonsuræ pariter & Ordinum reijcitur, nisi à bonâ indole, vitæque & morum probitate ac pietate ita commendetur, vt non paterni criminis sectator, sed vitâ & exemplo suo pietatis & cultus Dei apud alios speretur Zelator; quo casu ad primam tonsuram, minores ordines atque simplex beneficium Ecclesiasticum, per Archiepiscopalem Nostram dispensationem; ad sacros verò Ordines & alia beneficia Ecclesiastica non nisi per dispensationem Sedis Apostolicæ poterit promoueri, quare is dispensationem eiusmodi super defectu natalium in scriptis habeat, priusquam ad Clericalem tonsuram se præsentet, alioquin ab illa repellendus.

c. inter dilectos de excess. Prælat. c. proposuisti dist. 82. c. si gens Anglorum dist. 56. a. c. 1. de filijs Presb. in 6.

Ordi-

Ordinati habeant testimonium ordinis
suscepti ab Episcopo Ordinatore.

IV. Ne quis fingat se esse in aliquo ordine, in quo non sit, singulitiam Regularis, etiam ordinum mendicantium, quam seculares docebunt de prima tonsura, & ordinibus susceptis testimonio Episcopi Ordinatoris per litteras (quæ formata vulgò dicuntur) à Scriba seu Notario ipsius Episcopi subscriptas, & sigillo eiusdem Episcopi communitas, antequam ad altiorem ordinem admittantur.

Statuta Henrici Archiep. Colon. cap. 9.
pag. 102. Conc. Provinciale Colon. sub
Hermannos. parte 1. c. 31.

Requisita in eo, qui Clericali tonsurâ initiari cupit.

V. Primâ tonsurâ nemo initietur, nisi sit origine vel Domicilio Diocelanus noster Colonienſis, baptizatus, sacri Chriftomatis vñctione confirmatus, de legitimo toro, ex Catholicis parentibus, & vt minimum septem annos natus, a 5 fidei.

10 *Monitoria directio*

fidei Catholicæ rudimenta edoctus, legendi & scribendi, etiam linguæ latinæ iactis fundamentis, peritus, coram Nobis, seu Nostro generali in Pontificalibus Vicario testari paratus, se non iudicij sæcularis fugiendi causa, sed Deo liberius seruiendi, hoc primo Clericorum caractere insigniri velle; quique non habeat de his requisitis, ac de vitæ, morumque probitate & litteraturâ sufficiens testimonium, tum à proprio Parocho loci, vbi baptizatus fuit & notabili tempore immediatè antea degit, iuxta formulam *subsequentin. 6. vel 7.* præscriptâ, tum etiam à Magistro Scholæ in qua studuit.

a c. 1. & c. fin. de Presb. nõ bapt. c. fin. vbi glos. verb. infanti de temp. ord. in 6. Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 4. Statuta Sifridi Archiep. Colon. c. 5. in fin. pag. 38.

FORMVLA TESTIMONIALIUM dandarum per Pastorem loci, super natalibus, Baptismo, ætate, & Confirmatione Ordinandorum.

VI. *Vniuersis ac singulis ad quos spectat*

Ans

Etat' notum facio, atque presentium tenore
testificor ego subscriptus Pastor Ecclesie
Parochialis N. loci de N. Colonienfis Dice-
cesis, quod N. fuerit de legitimo toro ex
Catholicis parentibus N. & N. sub Paro-
chia mea predicta degentibus procreatus,
baptizatus in eadem Ecclesia die N. Men-
sis N. Anni N. idemque de sacro fonte su-
sceptus à N. & N. sicut constat ex libro, in
quo nomina Baptizatorum totius huius
Parochie annotata reperiuntur, quodque
idem N. sacro Chrismate confirmatus
fuerit die N. Mensis N. Anno N. à Reue-
rendissimo Domino N. Episcopo N. in Ec-
clesia N. prout patet ex libro, in quo etiam
nomina Confirmatorum huius Parochie
conscripta sunt. In cuius rei fidem hasce
litteras propria mea manu scripsi ac sub-
scripsi in loco N. die N. Mensis N. Anno N.

Quando autem, deficiente libro
Baptizatorum & Confirmatorum,
ex depositione testium dandæ erunt
eiusmodi testimoniales, dentur
secundum formulam
sequentem.

VII. Vniuersis ac singulis ad quos spe-
ctat notum facio, atque presentium teno-
re testificor ego subscriptus Pastor Ecclesia
Parochialis N. loci de N. Coloniensis Dice-
cesis, N. fuisse de legitimo toro ex Catholi-
cis parentibus N. & N. sub Parochia mea
predicta commorantibus procreatum, &
in Ecclesia N. baptizatum, agereq; etatis
sua annum N. nec non sacro Chrismate
confirmatum à Reuerendissimo Domino
N. Episcopo N. in Ecclesia seu loco N. die N.
Mensis N. Anno N. prout mihi retulerunt
N. & N. Parentes eius, vel Susceptores, vel
viri fidedignissimi, idque iureiurando in
manibus meis prestito affirmarunt, & se
id

id scire, quia &c. nec aliter eiusdem N. natales, Baptismus, etas, & Confirmatio sciri potuerunt, ed quod liber baptizatorum & confirmatorum occasione belloru fuerit deperditus, vel laceratus, vel &c. In cuius rei fidem has litteras propria mea manu scripsi & subscripsi in loco N. die N. Mensis N. Anno N.

Desiderata in ijs, qui ad minores ordines petunt promoueri.

VIII. Ad minores Ordines promouendus, non solum præditus sit omnibus qualitaribus ad primam Tonfuram suscipiendam requisitis; sed etiam eadem tonsura insignitus; & si non origine aut Domicilio, saltem Ecclesiastico beneficio Diocesanus noster Colonienfis, aut proprii sui Ordinarij Diocesani litteris Dimissorialibus munitus, linguam latinam intelligat, & habeat quoque non pauciores, quam duodecim ætatis suæ annos, ac bonum à Parocho suo & Magistro scholæ in qua studuit, & ab ijs etiam, apud quos potiorem vitæ partem transegit ac diuersatus est, de vitæ mo-

rumque probitate, doctrinâ, ingenio, & indole testimonium, eorumque commendatione se ea voluntate, ingenio & indole præditum doceat, ut non suæ commoditatis gratia, sed Dei tantum causa ad capescendos ordines aspirare credatur, vitaque & exemplo suo alios ad pietatem & cultum Dei esse pertracturum speretur.

a citato c. cum nullus. b Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 5. 11. 13. & 17. Statuta Sifridi Archiep. Colon. c. 9. in fin pag. 44. Conc. Prouinc. Colon. sub Hermanno 5. parte 1. c. 19. & 27.

Minoribus ordinandi seruent interstitia.

IX. Nullus se præsentet ad plures ordines minores simul suscipiendos, nisi aliud Episcopo magis expedire videatur, cum extra hunc casum a Concilio Tridentinum voluerit temporum interstitia in minoribus non minus, quam maioribus Ordinibus seruari, nec quemquam ad sacrum Subdiaconatus ordinem ante annum elapsum ab Accolytatus susceptione promoueri, ut eò accuratius,
 quan-

quantum sit huius disciplinæ pondus, possit edoceri, & in vnoquoque Ordine se exerceat, idque in ea, cui adscriptus erit, Ecclesiâ, nisi fortè causa studiorum absit, atque ita de gradu in gradum ascendat, vt in ipso, cum ætate vitæ meritum & doctrina maior accrescat, quod & bonorum morum exemplum & assiduum in Ecclesia ministerium, atque maior erga Presbyteros & superiores Ordines reuerentia, & crebrior, quàm antea, Corporis Christi communio maxime comprobabunt.

a Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 11. & 17.
Statuta Sifridi Archiep. Colon. c. 9. in fin.
pag. 44.

*Nullius ordinis ministerium prestatetur ab
ab eo, qui in illo ordine non est.*

✠ Dent operam ij, quibus Diuini officij cura incumbit, vt nullius ordinis ministerium per alios exercentur, quam per constitutos in ipso ordine, qui Clericalem habitum & Tonsuram deferant. Porro vbi Clerici cælibes non inueniuntur, qui ministerijs quatuor minorum
Ordin-

Ordinum exercendis præsto sint, suffi-
ci possunt etiam coniugati, vitæ proba-
ræ, dummodo non bigami, ad ea munia
obeunda idonei, & qui Tonsuram atque
habitam Clericalem in Ecclesia gestet. *a*
a Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 17.

*Ordinandi debent seruare interstitia, &
à Pastoribus adferre testimonium de
proclamationibus factis.*

XI. Qui verò ad ordines maiores se
præsentare voluerint, multò magis in-
telligant sibi in re tanti momenti non
esse festinandum, sed ea, quæ in Sacro-
sancto Concilio Tridentino de singulis
Ordinibus per temporum interstitia cõ-
ferendis, & ordinatis in vnoquoque or-
dine exercendis ac probandis sancita
sunt, exactissimè esse seruanda. *a* Quia
etiam per mentem ante ordinationem
Parochum suum adeant, vt is iuxta præ-
scriptum Concilij Tridentini, *b* ac Sta-
tuta decessoris nostri Adolphi 3. Archi-
episcopi Colonienfis *c* nominibus ac
desiderio eorum, trinâ proclamatione,
tribus diuersis Dominicis aut festis die-
bus,

bus, publicè in templo propositis, instar
 proclamationum matrimonialium, o-
 mnes moveat, ut si quod noverint Ca-
 nonicum impedimentum, ob quod,
 qui volunt ordinari, a suscipiendis ordi-
 nibus repelli debeant, denuntient, idem-
 que Parochus de ipsorum Ordinando-
 rum natalibus, ætate, vitâ & moribus, à
 fidedignis diligenter inquirat; & litteras
 testimoniales clausas & consignatas i-
 psam proclamationem & inquisitionem
 factam continentes, ad Nostrium in Pō-
 tifficalibus Vicarium quamprimū trans-
 mittat, vel Ordinandis ad eum perferē-
 das tradat, cum declaratione num ali-
 quod Canonicum impedimentum (ob
 quod ad sacros Ordines admitti non de-
 beant) sit denunciatum, & qui de eis non
 docuerit, reijciatur.

a Conc. Trid. sess. 23. de reform. cap. 11. 13. &
 14. b Conc. Trid. sess. cit. cap. 5. c Statuta A-
 dolphi 3. Archiep. Colon. pag. 432. §. quoniã
 non oportet. & pag. 486. col. 1. §. fin.

Quo modo & tempore trims proclamatio
 fieri debeat.

XII. Salubris hæc Concilij Tuden-
 ni

Ordinum exercendis præsto sint, suffi-
ci possunt etiam coniugati, vitæ proba-
ræ, dummodo non bigami, ad ea munia
obeunda idonei, & qui Tonsuram atque
habitam Clericalem in Ecclesia gestet. *a*
a Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 17.

*Ordinandi debent seruare interstitia, &
à Pastoribus adferre testimonium de
proclamationibus factis.*

XI. Qui verò ad ordines maiores se
præsentare voluerint, multò magis in-
telligant sibi in re tanti momenti non
esse festinandum, sed ea, quæ in Sacro-
sancto Concilio Tridentino de singulis
Ordinibus per temporum interstitia cõ-
ferendis, & ordinatis in vnoquoque or-
dine exercendis ac probandis sancita
sunt, exactissimè esse seruanda. *a* Quia
etiam per mentem ante ordinationem
Parochum suum adeant, vt is iuxta præ-
scriptum Concilij Tridentini, *b* ac Sta-
tuta decessoris nostri Adolphi 3. Archi-
episcopi Colonienfis *c* nominibus ac
desiderio eorum, trinâ proclamatione,
tribus diuersis Dominicis aut festis die-
bus,

bus, publicè in templo propositis, instar
 proclamationum matrimonialium, o-
 mnes moveat, ut si quod noverint Ca-
 nonicum impedimentum, ob quod,
 qui volunt ordinari, a suscipiendis ordi-
 nibus repelli debeant, denuntient, idem-
 que Parochus de ipsorum Ordinando-
 rum natalibus, ætate, vitâ & moribus, à
 fidedignis diligenter inquirat; & litteras
 testimoniales clausas & consignatas i-
 psam proclamationem & inquisitionem
 factam continentes, ad Nostrium in Pō-
 tifficalibus Vicarium quamprimū trans-
 mittat, vel Ordinandis ad eum perferē-
 das tradat, cum declaratione num ali-
 quod Canonicum impedimentum (ob
 quod ad sacros Ordines admitti non de-
 beant) sit denunciatum, & qui de eis non
 docuerit, rejiciatur.

a Conc. Trid. sess. 23. de reform. cap. 11. 13. &
 14. b Conc. Trid. sess. cit. cap. 5. c Statuta A-
 dolphi 3. Archiep. Colon. pag. 432. §. quoniã
 non oportet. & pag. 486. col. 1. §. fin.

Quo modo & tempore trims proclamatio
 fieri debeat.

XII. Salubris hæc Concilij Tridenti-
 ni

rini Ordinatio vtiliter seruari poterit, si ad singulos maiores ordines proclamatio & inquisitio huiusmodi fiat, videlicet *Primò*, pro Ordine Subdiaconatus, ad excludendum eos, qui maioribus fortè criminibus inuoluti sunt: & ad deprehendendum eorum fraudes, qui matrimonij vinculis, aut illicitis pollicitationibus implicati, ad ordinem sacrum subdolè se ingerunt: *Secundò*, pro Ordine Diaconatus: *Tertio*, pro Ordine Presbyteratus. Quæ inquisitiones eò pertinere creduntur, ut aptius, iuxta Pontificale, cohæreant, quæ de testimonio populi, in suscipiendis Ordinibus, ex veteri sanctæ Matris Ecclesiæ consuetudine requiruntur. *a*

a Conc. Provinc. Colon. sub Hermanno s. p. t. c. 19. Pontifi Rom tit. de Ordinat. Presbyter.

XIII. Parochus ergo cum primum resciverit suorum aliquem sacris iniuriari velle, statim Dominico vel Festo die inter Missarum solennia denunciationem faciat in hanc sententiam, vernaculâ linguâ.

For-

Formula faciendi denunciations
pro ordinando.

Notum sit Dilectioni Vestre, quod die N. Mensis N. fient sacra ordinationes in Ecclesia N. quodque N. N. filius N. Deo adiuuante intendat suscipere sacrum Ordinem N. titulo perpetui beneficii Ecclesiastici valoris annui quadraginta Dalerorum Coloniensium, quod sub invocatione seu ad Altare S. N. in Ecclesia N. loci N. Canonice, verè ac pacifice, absque vlla lite seu vitio obtinere dicitur. Quapropter admonemus omnes ac singulos, tam hic presentes, quàm absentes, ut si quis sciat aliquem defectum vel quoduis aliud sub. esse impedimentum, propter quod ille N. non debeat predicto sacro Ordine N. initiari, vel sciat illum non legitime, vel non pacifice beneficium supradictum possidere, aut annuos ipsius beneficii redditus & obventiones quotannis ad quadragin-

dragin-

draginta daleros Colonienſes non accedat-
re, hoc ipſum quamprimum Reuerendiſ-
ſimo Domino Epifcopo Ordinatore, vel
mibi indices, idque admonemus primo,
ſi fuerit prima; vel ſecundo, ſi fuerit
ſecunda, vel tertio, ſi fuerit tertia de-
nunciatio.

Si ordinandus ſit aliquis abſque
titulo Beneficij, omittantur in præ-
dicta forma, quæ faciunt mentio-
nem Beneficij.

Formula testimonialium per Pa-
ſtorem loci dandarum ſuper de-
nunciationibus factis pro
Ordinando.

XIV. Vniuerſis ac ſingulis ad quos
ſpectat notum facio, atque tenere præſen-
tium. ſtificor ego ſubſcriptus Paſtor Ec-
cleſiæ Parochialis N. loci de N. Colonienſis
Diœ ſis, quod die N. Mēſis N. Anni N.
inter Miſſarum ſolemnia, dum frequens
ateſ-

adesset populus. denunciauerim N. filium
N. aspirare ad sacrum Ordinem N. ad ti-
tulum perpetui beneficij Ecclesiastici, ve-
loris annui quadraginta Dalerorū Colo-
mensium, quod sub inuocatione seu ad Al-
tare Sancti N. in Ecclesia N. loci N. Colo-
mensis Diocesis canonicè, verè ac pacificè
sine vlla lite, vitiove obtinere dicitur, vt si
quis sciret aliquam subesse fraudem. fictio-
nem, vel defectum in titulo beneficij, aut
illius annuo valore, aut quodcunque i-
psius N. vitium seu impedimentum, pro-
pter quod non debeat ipse N. ad predictum
sacrum Ordinem N. promoueri, quam-
primum Reuerendissimo Domino Episcopo
Ordinatori aut mihi significaret; neque
hucusque quidquam significatum fuit, vel
detectum, quod videatur impedire posse,
quo minus predictus N. ad supradictum
sacrum ordinem N. promoueri possit. In
quorum fidem hasce litteras propria ma-
nu scripsi ac subscripsi. In loco N. die N.
Mensis N. Anno N. XV.

Quinam ordinum sint incapaces.

XV. Verum ne denunciations & inquisitiones huiusmodi fructu suo careant, non satis est, eas utcumque fecisse, sed Parochus proclamationem & inquisitionem faciens, eodem tempore etiam populo explicabit, quinam ordinari à Sacris Canonibus prohibeantur: prohibentur autem hi.

1. Aliena Diœcesis subditus absque Diœcesani sui Antistitis literis Dimissorialibus. *c. cum nullus. c. nullus de temp. ord. in 6. Conc. Trident. sess. 23. de reform. c. 8.*

2. Non baptizatus, quia baptismus est omnium aliorum Sacramentorum ianua & fundamentum, *c. 1. & 3. de Presb. non baptiz. c. 2. de cognat. spirit. in 6.*

3. Baptizatus in ægritudine; non enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est; nisi fortè postea studium & fides eiusdem probabilis fuerit, aut hominum raritas exegerit. *c. 1. dist. 57.*

4. Baptizatus apud hæreticos, si modo adultus fuerit, non infans: nam huius parentum error nihil officit. *c. qui in qualibet 1. q. 7. c. placuit cum seq. 1. q. 4.*

5. Rebaptizatus vel rebaptizans. *s. con. firman.*

firmandum dist. 50. c. qui bis & ibi glos. de
consec. distinct. 4. cap. 2. de Apostatis.

6. Neophytus c. 1. & 2. dist. 48. c. com-
muniter dist. 33. c. fin. dist. 51.

7. Sacro Chrismate non confirma-
tus. Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 4.

8. Mulier, tanquam ordinis prorsus
incapax, c. mulieres dist. 32. c. noua de poenit.
& remiss.

9. Hermaphroditus. DD. in c. si testis.
§. Hermaphroditus 4. q. 2. c. 1. dist. 36.

10. Illegitimè natus, c. 1. c. 2. c. ad huc.
c. fin. de fil. presb. c. cum in cunctis de elect. c.
consuluit de seruis non ordin.

11. Hæreticorum filius vsque ad se-
cundam paternam & primam maternã
generationem. c. vergentis de Hæret. c.
quicumque. c. statutum de Hæret in 6.

12. Amens, Arreptitius, Energume-
nus, & qui aliquando in furorem actus,
vel à Diabolo exagitatus fuit, aut Co-
mitiali morbo obnoxius, vel alia infir-
mitate corporis perpetua laborans. c. ma-
ritum. c. communiter. c. Clerici & seq. dist.
33. c. in eius literis. 7. q. 2.

13. Leprosus, vel enormem scabiem
perpetuò habens. c. hinc ceterim. dist. 49.

14. Mi-

14. Minoratum. c. in singulis dist. 77. c. fin. & ibi glos. de temp. ord. in 6.

15. Illiteratus, & ignarus eorum, quæ ad ordinem, quem petit, requiruntur. c. precipimus dist. 34. c. illiteratos dist. 36. c. Sacerdotes dist. 49. c. poenitentes dist. 50. c. fin. de atat. & qualitat. ordin. et c. fin. de temp. Ord. in 6. Quæ autem & quanta literarum cognitio in singulis ordinibus requiratur, explicatius definit. Conc. Trid. sess. 23. de reform. videlicet de primat. onsur. c. 4. quo ad minores ordines c. 11. & quo ad Subdiaconatum, ac Diaconatum c. 13. quo ad Presbyteratum c. 14.

16. Infra debitam, & à Concilio Trid. præscriptam ætatem non constitutus. Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 12.

17. SuffICIENTEM titulum beneficii, patrimonij, vel pensionis non habens. dist. 70. per totam c. cum secundum. c. tuis de preb. c. accepimus de atat. & qualitat. ordin. Conc. Trid. sess. 21. de reform. c. 2. sess. 23. de reform. c. 16.

18. Seruus, originarius, curialis, aut simili conditioni obnoxius, nisi prius à Domino suo fuerit manumissus, & directam libertatem consecutus. c. precipi-

miss.

mus. dist. 34 c. nullus. c. nulli c. si quis obli-
gatus. c. quis aut. c. generalis. c. admittuntur
dist. 54. c. 1. c. de seruorum c. consuluiz de ser-
uus non ordin.

19. Qui reddendis rationibus publi-
cis obnoxius est, ante officium finitum
& rationes redditas. c. precipimus, dist. 34.
c. 1. & 2. dist. 51. c. legem. dist. 55. c. magnus
dist. 54. c. 1. de oblig. ad ratio. ord.

20. Matrimonij vinculo obnoxius.
dist. 27. 28. & 32. per tot. & c. coniugatus de
conuers. coniug.

21. Truncatus, mutilatus, aut cor-
pore viciatus, & notabilem aliquem
corporis defectum seu deformitatē pa-
tiens, quæ in scandalum publicum ver-
gere possit, siue sponte siue alieno facto,
siue fortuito ea deformitas obtigerit. c.
qui partem. c. si Evangelica dist. 55. per totum
tit. de corpore viciatis.

22. Bigamus. c. maritum dist. 33. c. pra-
cipimus dist. 34. c. nullus dist. 50. c. 1. & 2. de
big non ordin.

23. Qui vxorem adulteram retinue-
rit, cognoueritque, siue scienter, siue i-
gnoranter. dist. 34. per totam.

24. Lapsus post ordinem susceptum.

b

c. 1.

cap. 1. cap. qui semel. c. si post. distinct. 50.

25. Qui in ordinibus malè susceptis,
vel nondum susceptis ministravit, c. 1. &
2. de Cler. nond. Ord. ministr.

26. Furtim per saltum promotus. c.
innotuit de eo qui furt. ord. susc. c. 1. de Cler.
per saltum promot. Conc. Trid. sess. 23. de ref.
c. 14. in fin.

27. Alex, ebrietati, gulæ, aut impu-
dicitia deditus c. ut Clericorum. c. à cra-
pula de vita & honest. Cler. c. inter dilectos
de excess. Pralatorum.

28. Qui publicam ac solemnem pœ-
nitentiam egerit. c. maritum dist. 33. c. pœ-
nitentes. c. illud quoque c. in capite. c. pla-
cuit.

29. Usurarius, Simoniacus, Sacrile-
gus. c. maritum dist. 33. c. Clerici de vita &
honest. Cler.

30. Qui ex ira vel desperatione vio-
lentas sibi manus intulit, vel sponte sibi
aliquod membrum præscidit, cum hic
sui homicida sit & Dei conditionis ini-
micus. c. qui partem. c. si quis abscindet c. hi
qui dist. 55.

31. Qui culpa sua hominem occide-
rit, aut mutilauerit. c. miror. c. Clericum.
dist.

dist. 50. c. 1. c. continebatur. c. de ceteris de ho-
mic Conc. Trid. sess. 14. de ref. c. 7.

32. Imo quisquis per iustitiam seu
iusto iudicio cooperans id fecerit. c. Ali-
quantos dist. 51.

33. Graui aliquo crimine irretitus,
vt Hæreticus, Schismaticus, Apostata,
qui deseruit susceptam à se Christianam
fidem, vel Monasticam Religionem, vel
sacrum ordinem, etiam postquam re-
conciliatus fuerit, c. de liguribus. 23. q. 5.
c. 1. & 2. de schismat. c. quicumque c. statutum
de Hæret. in 6. Adulter, periurus, Fallarius,
alijque similes de quibus. c. infames 6. q. 7.
& 1 q. 7. per totum.

34. Denique quiuis alius crimino-
sus, infamis, irregularis aut excommu-
nicatus maiori excommunicatione, su-
sensus ab ordine, interdictus sub pœna
suspensionis ab ordinis sic suscepti exe-
cutione, aut depositionis in perpetuum,
& durante excommunicatione, suspen-
sione, vel interdicto. Nauar. in Manual.
cap. 27. n. 12. 24. & 244.

Pastores & Concionatores populum ad
precandum pro ordinandis hortan-
buntur.

XVI. Quin & vniuersus populus
à Pastoribus & Concionatoribus Do-
minico die quamlibet sacram ordina-
tionē generalem proximè antecedente
commoneatur, vt, cum plerumque pro
merito populi disponatur ordinando-
rum electio, ieiunijs iam inde ab initio
nascentis Ecclesiæ in hunc finem ante
singulas ordinationes indictis, & nec
non pijs sanctisque precibus, toto corde
ad Deum conuertatur, suaque hu-
miliatione & conuersione ab eo impe-
tret, vt Episcopi, eorumque coopitu-
latores, in examinandis, deligendis &
ordinandis Ecclesiæ Ministris, suo re-
ctè perfungantur officio, talesque pro-
ducendos in messem suam operarios
subministret, qui ei secundum cor suū
& animam suam, in omni sanctitate &
iustitiâ, omnibus diebus vitæ suæ in
munere suo seruiant.

a A. 13. & 14. Catechismus Rom. parte 2.
c. 7. 2. 26. XVII.

XVII. Ne quis statim à stinâ ad sacros Ordines prouehatur, & qui paulò antè adhuc totus sæcularis erat, cum scandalo & offensione populi breui post temporis interuallo Sacerdos ordinerur, antequam satis probatus sit, & in vnoquoque munere, iuxta approbatos à Sancta Ecclesia Catholica ritus & cæremonias exercitatus; volumus vt nemo deinceps Subdiaconus, vel Diaconus ad superiorem Ordinem promoueatur, nisi ante Bartholomæi Gauanti Commentarium in Rubricas Missalis, vel Compendium Cæremoniarum in celebratione Diuinorum officiorum obseruandarum ex præscripto Cæremonialis ac Missalis Romani Antvverpiæ excusum, & Directorium Sacerdotale, continens ritus ac regulas Missas deuotè celebrandi, atque ministrandi, Colonia editum, sibi comparauerit, & ex iisdem ritus atque cæremonias Sacrificij Missæ priuatæ ac solemnis perfectè didicisse, in examine ordinandorum debitè probauerit, nec non iuxta eorundem præscriptum, in Ecclesia, cui ordinandus est adscriptus,

aut alia, Ordinis, in quo est cōstitutus, ministerio laudatè fuerit functus; vetat enim antiquitus in Ecclesia Dei obseruata consuetudo, eos ad superiores Ordines promoueri, qui in minorum functione se non declarauerint idoneos.

Ad Ordines sacros non admittentur nisi qui attulerint testimonia hic prescripta.

XVIII. Sciant igitur promouendi ad singulos Ordines maiores neminè à nostro in Pontificalibus Vicario deinceps Ordinandum, nisi examinandus exhibeat eidem nostro Vicario fidedigna testimonia, quod à nouissimo ordine suscepto honestè ac laudabiliter vixerit, Clericalem habitum ac Tonsum semper detulerit, horas Canonicas quotidie recitauerit, in ordinibus susceptis se ritè & debitè exercuerit, sæpius sacram Eucharistiam sumpserit, atque nouas proclamationes (sicut supra n. 13. & 14. & seq. prescribitur) curauerit in Ecclesia Parochiali sub
quâ

quã habitat: Item nisi testimoniales literas habeat ætatis suæ per Parochum inspecto libro Baptismali, aut auditis parentum vel susceptorum, vel ijs deficientibus aliorum fidedignorum testiũ depositionibus, fideliter expeditas secundum formulas supra n. 6. & 7. annotatas, tituliq; sufficientis documẽta.

1. *Ætas ordinandorum ad Subdiaconatum, Diaconatum & Presbyteratum seruanda etiam per Regulares examinandos ab Episcopo.*

2. *Ordinatorũ ante ætatem, extra tempora à iure statuta, & sine literis Dimissoriis, Pœna.*

XIX. Circa Ordinandorum ætatẽ seruetur Decretum Concilij Tridentini, a nimirum vt nullus ad Subdiaconatus ante vigesimum secundũ, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante vigesimum quintũ ætatis suæ annum inchoatum promoveatur. Neque singuli in ea ætate constituti debent ad hos ordines assumi, sed digni duntaxat, & quorum probata

vita senectus sit. Regulares quoque nec in minore ætate, nec sine diligenti Episcopi examine, quemadmodum in eodem Concilio Tridentino præscriptum est, ordinentur: privilegijs quibuscuque, quoad hoc, penitus exclusis. Si quis autem vel secularis, vel Regularis absque speciali dispensatione Apostolica, ante huiusmodi ætatem ad aliquem ex sacris Ordinibus se fecerit promoveri, à suorum ordinum executione ipso iure sit suspensus; & si eã suspensione durante, in iisdem Ordinibus ministrare præsumpserit, eo ipso irregularitatem incurrat, præter alias pœnas, in tales generaliter à iure infirmitas, Beneficijs Ecclesiasticis, quæ obtinet, potest iure privari; quæ omnia & singula ex Constitutione sel. rec. Pij secundi Pontificis Maximi & etiam in ijs locum habent, qui extra tempora à iure statuta, vel absque literis Dimissorij Antistitis sui Diocesani sacris Ordinibus se ingerunt.

a Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 12. Conc. Provinc. Colon sub Henrico Archiep. ca. 8. pag. 80 & 98. col. 2. b Pij Papa 2. Constitutio 7. tom. 1. Bullarij.

Nemo

*Nemo ordinandus est absque Canonico
titulo beneficiati pacificè possesso.*

XX. Cum nullus ad ordines titulo beneficij Ecclesiastici quantumvis optimi promoueri debeat, nisi canonicam institutionem, & pacificam possessionem eiusdem beneficij se obtinere antea probauerit; & idcirco qui ad Ordinem Subdiaconatus se præsentare uoluerint, maturè prius examinata illius muneris, ad quod aspirant, dignitate, & si onus quod vltro appetunt (nempe perpetuam castitatem seruandi, & Dei seruitio atque Ecclesiæ ministerio se totos mancipandi) vires eorum, Deo adiuuante, excedere non sperent, compareant aliquot diebus ante ipsam ordinationem, coram nostro in Pontificalibus Vicario, cum documentis collationis seu institutionis, possessionis; nec non annui valoris sui beneficij, ad cuius titulum promoueri intendunt; quæ si sufficientia iudicauerit, hoc suo scripto testabitur, ne cum ad examen vitæ & doctrinæ venit, hæc inquisi-

tio, eundem nostrum Vicarium seu Examinatores ad id deputatos diutius remoretur.

a *Conc. Trid. sess. 21. de reform. cap. 2. Conc. Prouinc. Colon sub Hermanno 5. parte prima. c. 30.*

Titulus Ordinandorum qualis, & plura quæ eò spectant.

XXI. Titulus beneficialis sit annui redditus quadraginta, vt minimum, Dalerorum Coloniensium, omnibus oneribus deductis, qui titulus in Registro Episcopi Ordinatoris & literis ordinati disertè exprimatur. Et quò fraudibus ordinandorum occurratur, qui suum titulum sæpè resignant contra prohibitionem Concilij Tridentini, a quò expressè declarat, huiusmodi titulum resignari non posse, nisi factâ mentione, quod ad illum titulum resignans sit ordinatus, neque eam resignationem posse admitti, nisi constito, quod resignans aliunde viuere commodè possit, & aliter factam resignationem nullam esse; volumus vt

quili-
a *Conc. Trid. sess. 21. de reform. c. 2. & sess. 25. de reform. c. 16.*

quilibet ordinandus titulo beneficij æ-
quæ ac patrimonij, præstet coram no-
stro in Pontificalibus Vicario iuramen-
tum hoc.

Ego N. iuro, quod titulum, quem pro
futura mea promotione ad sacros Ordines
exhibeo, verè ac pacificè absque vlla frau-
de seu lite possideam, quodque illum non
resignabo, vel alienabo, nisi mihi de alio
sufficienti titulo beneficiali sit prospectum:
neque tunc quidem aliter, quàm cum sci-
tu & consensu Summi Pontificis Roma-
ni, vel Reuerendissimi mei Archiepiscopi
ac Principis Electoris Coloniensis, in lite-
ris ipsius resignationis, aut alienationis
specialiter exprimendo: item quod titulum
illum, qui in locum prioris tituli succeffe-
rit, absque simili consensu non resignabo
vel alienabo. Ita me Deus adiuuet, & hæc
Sancta Dei Euangelia.

Monitio ad initiandos ordine Diaconatus.

XXII. Ad Ordinem Diaconatus pro-
mouen-

mouendi, diligenter secum perpendant ad quantum gradum Ecclesiæ ascendât, nam vt olim Leuitæ arcam fœderis, ita nunc ipsi Ecclesiam Dei portare & munire debent, ornatu Sancto, prædicatu diuino, exemplo perfecto, vt verè testetur se esse Leuitas, hoc est assumptos à carnalibus desiderijs, & à terrenis concupiscentijs, quæ militant aduersus animam, vt hæreditas & tribus amabilis Domini esse mereantur, & tanquam ministri & Cooperatores Corporis & Sanguinis Domini sint ab omni illecebrâ carnis alieni, & quibus Euangelium ore annunciant, viujs operibus exponant, habeantque pedes suos calceatos Sanctorum exemplis, in præparationem Euangelij pacis. *Pontificale Rom. tit. De Ordinatione Diaconi.*

Monitio ad initiandos Presbyteratus ordine.

XXIII. Qui verò ad sacrum Presbyteratus ordinem se præsentare intendunt, meminerint, quod cum magno timore ad tantum gradum ascendendum est,

est, atque providendum, ut cœlestis sapientia, probi mores, & diuturna iustitiæ observatio ad id electos commendent, & aduocati in adiutorium Episcoporum cognoscant quod agunt, imitentur quod tractant, quatenus mortis Dominicæ mysterium celebrantes, mortificare membra sua à vitijs & concupiscentijs suis omnibus procurent: sitque doctrina eorum spiritualis medicina populo Dei, sit odor vitæ delectamentum Ecclesiæ Christi, ut prædicatione atque exemplo ædificent domum, id est, familiam Dei, eluceat in eis totius forma iustitiæ, ut bonam rationem dispensationis sibi creditæ reddaturi, æternæ beatitudinis præmia consequantur. Pontificale Rom. tit. de Ordinatione Presbyteri.

Testimoniales requisitæ ab ijs qui in Collegiata sunt beneficiati, vel in Gymnasio degunt: Item à Religiosis quibuscunque.

XXIV. Insuper quilibet maioribus insigniendus ordinibus, si sit secularis, & in Ecclesia Collegiata eive subiecta

resideat, à Decano illius Capituli, vel eo
absente, ab ipsomet Capitulo; si in Col-
legio, vel Gymnasio aliquo degat, ab il-
lius Præsidente seu Regente, aliàs à proprio
Parocho adferat testimoniales literas
laudabilis vitæ antea actæ, doctrinæ, &
exercitij in ordinibus susceptis, etiam
vestium collaribus sub amictu rectis,
piè & ritè facti; horarum Canonicarum
recitatarum, gestationis habitus atque
tonsuræ clericalis; quibus addi quoque
volumus, quod nulla censura, nulla irre-
gularitate, nulloque alio Canonico im-
pedimento sit irretitus: Religiosus etiã
ordinum mendicantium à suo superiore
simile testimonium in scriptis exhibeat;
& testimonium huiusmodi non habens,
ne quidem ad examen admittatur. *A*

*a Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 12. 13. &
14. Concil. Provinc. Colon. sub Hermanno 5.
part. 1. c. 19. 22. 23. & 25. & sub Adolpho 3.
tit. De altero medio cap. 5. pag. 432. col. 2.*

*Regulares exhibeant sui superioris testi-
moniales de professione emissâ, eamque
iurent spontè factam esse aut ratam.*

*XXV. Quemadmodum Clericus le-
cularis,*

ularis, quamuis aliàs sit idoneus moribus, scientiâ, & ætate, ad sacros Ordines promouendus non est, nisi prius legitime docuerit & prouisum sibi esse de sufficienti titulo beneficiali, vel patrimoniali; & insuper iurauerit quod titulum illum, quem pro futurâ suâ promotione exhibet, verè & pacificè absque vlla fraude seu lite possideat: & antè nolit dimittere, quam ei de alio sufficienti beneficiali Canonicè fuerit prouisum. Ita quoque Clericus Regularis testimonio sui superioris antè docere debet, se Religionis, cui adscriptus est, professionem emisisse; & præterea iureiurâdo affirmare se eam spontè fecisse, aut ratam habuisse; illudque in Registro Ordinatum disertè exprimatur.

ac. cum secundum c. tuis. De Præben Conc. Trid. sess. 21. de reform. c. 2. Statuta VValrami Archiep. Colonien. c. 20 pag. 129. Concil. Prouinc. Colon. sub Hermanno 5. p. 1. cap. 30. pag. 347.

Ordinandi quando, & vbi comparere debeant

beant

beant ad examen: & quales ad examen non admittendi.

XXVI. Quotquot aspirant ad primam Tonsuram, vel Ordines minores seu maiores, se cum requisitis documentis fiant manè feriâ quartâ vel quintâ ante ipsam ordinationem, & nomina sua inscribi procurent in Domo Vicarij nostri in Pontificalibus generalis, vt præhabitâ ab eo in scriptis licentiâ, deinde iuxta præscriptum Concilij tam generalis Tridentini, quam Prouincialis ac Synodalis Colonienfis, horâ & loco ad id constitutis, examinentur. Ad examen verò nulli pateat aditus, qui non honesto fuerit indutus habitu, & conueniente pro Ordinis sui ratione Tonsurâ insignitus Clericali.

a Conc. Triâ sess 23. de reform. c. 7. & 12. in fin. Conc. Prouinc. Colon. sub Hermanno 5. p. 1. c. 22. 24. & 25. & sub Adolpho 3. Archiep. Colon. Medio 2. c. Mandamus vt &c. pag. 432.

Ordinandorum examini Vicarius in Pontificalibus

tificalibus generalis interesse debet, & præesse.

XXVII Quoniam Apostolo præcipiente manus citò nemini imponenda est, & ab Ordinātorum examine Ordinandorum prorsus pendet electio; cordi debent esse vel maxime Vicario nostro Coloniensi in Pontificalibus generali, tanquam huic muneri in partem sollicitudinis nostræ Archiepiscopalis potissimum delegato, ea, quæ ad Examē hoc ritè instituendum, & ad principia sua reuocandum in Concilijs Prouincialibus ac Synodalibus sub decessoribus nostris Hermanno 5. Adolpho 3. & alijs Archiepiscopis Coloniensibus b laudabiliter sancita sunt & decreta. Et quamuis Concilia hæc permittant, vt idem noster Vicarius adiutores & socios in hoc examinationis munere habeat, volunt tamen omninò, vt primas sollicitudinis partes teneat, nec quæ ipsi ante omnia agenda erunt, alijs penitus ita committat, vt interim ipse omnium incertus, si indignos temerè sacro Ordine initiauerit, fiat particeps alienorum peccato-

cato-

catorum, & offendicula quæ consequē-
tur, ipsi adscribantur. Quare inhærentes
Decretis tam dicti generalis Tridenti-
ni, quam Prouincialium ac Synodaliū
Colonienſium Conciliorum, volumus
omnino & ſerio mandamus, vt ordinā-
dorum examini generalis noſter in Pon-
tificialibus Vicariis, cum cæteris Exa-
minatoribus deputatis non tantum in-
terſit (quandocunque per alias ſuas oc-
cupationes grauiores commodè potue-
rit) ſed & eidem Examine vice & aucto-
ritate noſtra præſit; ac quæ ex antiquis
& nouis Patrum ſanctionibus, de quali-
tatibus Ordinandorum in Oecumenico
Tridentino atque Prouincialibus & Sy-
nodalibus Colonienſibus Concilijs ^b
præſcripta ſunt, ſtudioſè magnaꝛue cum
diligentiâ, in vſum & conſuetudinem
deducat, & non fruſtra, ſicut ante hac
(perinde ac ſi iſta cura ad eum non per-
tineret) hæc præſcripta & toties repetita
eſſe patiatur.

a 1. *Timoth. 5. 22. c. nullus. c. quando diſt. 24.*
Conc. Trid. ſeſſ. 23. de reform. c. 7. 11. c. 12.
b *Conc. Prouinc. Colon. ſub Hermanno 5. p. 1.*
c. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 26. 29. c. 30.
c. ſub

Et sub Adolpho 3. Medio 2. c. deinde vi-
sum Et c. c. quoniam vero Et c. c. quoniam
non oportet. c. mandamus pag. 431. Et 432.
Synodus Colon. Anno 1612. secunda Octobris
celebrata, tit. 3.

XXVIII. Quilibet autem Examina-
torum, antequam recipiatur, præstabit
coram nostro in Pontificalibus Vicario,
sequens fidelitatis Iuramentum.

Iuramentum ab Examinatoribus
præstandum.

Ego N. ad munus Examinis Ordinan-
dorum assumptus, iuro ac promitto obe-
dientiam, reuerentiam Et honorem Sum-
mo Pontifici Romano, ac Reuerendissimo
Domino N. Archiepiscopo Et Principi E-
lectori Coloniensi, eorundemque Succes-
soribus. Item iuro Et promitto me in eo
munere, omni humana affectione deposita
fore fidelem, ac diligenter inuigilaturum,
ne quispiam indoctus, inidoneus, alii que
qui n. agis destructurus, quàm adifiatu-

rus

beant ad examen: & quales ad examen non admittendi.

XXVI. Quotquot aspirant ad primam Tonsuram, vel Ordines minores seu maiores, se cum requisitis documentis fiant manè feriâ quartâ vel quintâ ante ipsam ordinationem, & nomina sua inscribi procurent in Domo Vicarij nostri in Pontificalibus generalis, vt præhabitâ ab eo in scriptis licentiâ, deinde iuxta præscriptum Concilij tam generalis Tridentini, quam Prouincialis ac Synodalis Colonienfis, horâ & loco ad id constitutis, examinentur. Ad examen verò nulli pateat aditus, qui non honesto fuerit indutus habitu, & conueniente pro Ordinis sui ratione Tonsurâ insignitus Clericali.

a Conc. Triâ sess 23. de reform. c. 7. & 12. in fin. Conc. Prouinc. Colon. sub Hermanno 5. p. 1. c. 22. 24. & 25. & sub Adolpho 3. Archiep. Colon. Medio 2. c. Mandamus vt &c. pag. 432.

Ordinandorum examini Vicarius in Pontificalibus

tificalibus generalis interesse debet, & præsse.

XXVII Quoniam Apostolo præcipiente manus citò nemini imponenda est, & ab Ordinātorum examine Ordinandorum prorsus pendet electio; cordi debent esse vel maxime Vicario nostro Coloniensi in Pontificalibus generali, tanquam huic muneri in partem sollicitudinis nostræ Archiepiscopalis potissimum delegato, ea, quæ ad Examē hoc ritè instituendum, & ad principia sua reuocandum in Concilijs Prouincialibus ac Synodalibus sub decessoribus nostris Hermanno 5. Adolpho 3. & alijs Archiepiscopis Coloniensibus b laudabiliter sancita sunt & decreta. Et quamuis Concilia hæc permittant, vt idem noster Vicarius adiutores & socios in hoc examinationis munere habeat, volunt tamen omninò, vt primas sollicitudinis partes teneat, nec quæ ipsi ante omnia agenda erunt, alijs penitus ita committat, vt interim ipse omnium incertus, si indignos temerè sacro Ordine initiauerit, fiat particeps alienorum peccato-

cato-

catorum, & offendicula quæ consequē-
tur, ipsi adscribantur. Quare inhærentes
Decretis tam dicti generalis Tridenti-
ni, quam Prouincialium ac Synodaliū
Coloniensium Conciliorum, volumus
omnino & serio mandamus, vt ordinā-
dorum examini generalis noster in Pon-
tificialibus Vicariis, cum cæteris Exa-
minatoribus deputatis non tantum in-
terfit (quandocunque per alias suas oc-
cupationes grauiores commodè potue-
rit) sed & eidem Examine vice & aucto-
ritate nostra præsit; ac quæ ex antiquis
& nouis Patrum sanctionibus, de quali-
tatibus Ordinandorum in Oecumenico
Tridentino atque Prouincialibus & Sy-
nodalibus Coloniensibus Concilijs ^b
præscripta sunt, studiosè magnaque cum
diligentiâ, in vsum & consuetudinem
deducat, & non frustra, sicut ante hac
(perinde ac si ista cura ad eum non per-
tineret) hæc præscripta & toties repetita
esse patiatur.

a 1. *Timoth. 5. 22. c. nullus. c. quando dist. 24.*
Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 7. 11. c. 12.
 b *Conc. Prouinc. Colon. sub Hermanno 5. p. 1.*
c. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 26. 29. c. 30.
 c. sub

Et sub Adolpho 3. Medio 2. c. deinde vi-
sum Et c. c. quoniam vero Et c. c. quoniam
non oportet. c. mandamus pag. 431. Et 432.
Synodus Colon. Anno 1612. secunda Octobris
celebrata, tit. 3.

XXVIII. Quilibet autem Examina-
torum, antequam recipiatur, præstabit
coram nostro in Pontificalibus Vicario,
sequens fidelitatis Iuramentum.

Iuramentum ab Examinatoribus
præstandum.

Ego N. ad munus Examinis Ordinan-
dorum assumptus, iuro ac promitto obe-
dientiam, reuerentiam Et honorem Sum-
mo Pontifici Romano, ac Reuerendissimo
Domino N. Archiepiscopo Et Principi E-
lectori Coloniensi, eorundemque Succes-
soribus. Item iuro Et promitto me in eo
munere, omni humana affectione deposita
fore fidelem, ac diligenter inuigilaturum,
ne quispiam indoctus, inidoneus, alii que
qui n. agis destructurus, quàm adifiatu-

rus

rus esset *Domum Dei ad vllum sacrum Ordinem suscipiendum à me approbetur, sciens quod non solum coram ipso Summo Pontifice, ac Reuerendissimo Domino Archiepiscopo, sed coram Deo precipue & Pastore Pastorum Christo, eius rationem reddere teneat, si in admissione talium laxior fuero. Sic me Deus adiuuet, & hac sancta Dei Euangelia.*

Nullus porro Examinatorum valeat sui loco alium substituere, nisi cum nostro, nostrive in Pontificalibus Vicarij generalis præscitu & consensu; arque præmissio per substitutum simili iuramento.

Nihil ab Ordinandis etiã spontè oblatum occasione examinis vel ordinationis accipiendum.

XXIX. Cum nihil pro collatione quorũcunque Ordinum, etiam clericalis tonsuræ, nec pro literis dimissorijs, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacunque de causa exigendum sit,
nec

nec etiam spontè oblatum accipiendum;
 & Oecumenica Synodus Tridentina om-
 nem contrariam consuetudinem etiã
 immemorabilem, tanquam corrupte-
 lam & abusum Simoniacæ prauitati suf-
 fragantè expressè cõdemnet: idcirco ca-
 ueant non tantum ordinum Collatores,
 sed etiam omnes & singuli ordinando-
 rum Examinatores, eorumque famuli,
 ministri, Scribæ, & Notarij, ne ab exa-
 minandis ad sacros Ordines suscipien-
 dos, ante vel post illorum examen, seu
 ordinationem quouis prætextu occa-
 sione examinis prædicti, vel collationis
 ordinum quicquam prorsus exigant; i-
 mò ne quidem spontè oblatum accipiãt;
 Scriba tamen siue Notarius Episcopi Or-
 dinatoris, cum ipsi nullum salarium pro
 eo officio exercendo sit constitutum,
 accipiet iuxta Concilij Tridentini con-
 stitutionem pro singulis Dimissorijs,
 aut testimonialibus literis, decimam
 duarum partem vnius aurei, quam ad
 sexdecim albos monetæ Coloniensis ta-
 xamus, inhærentes præterea dicti Con-
 cilij Tridentini Decreto, & reliqua omnia
 iura in examinibus præfatorum Ordi-
 nando-

nando-

nandorum seu collatione Ordinum cui-
cunque sub quocunque etiam praetextu
solui consueta, prorsus abrogamus, &
abrogata esse omninò volumus, ac pro-
inde eadem exigi, dari, offerri, vel etiam
spontè oblata accipi seuerè prohibemus,
sub pœnis in eodem Concilio Tridenti-
no mentionatis. Quo verò accuratius
prædicta omnia ad executionem dedu-
cantur, expressè vetamus, ne noster in
Pontificalibus Vicarius vllum ordinet,
circa quem præmissa non esse observata
animaduertit: quia hæc est seria nostra
voluntas.

*a c. quãdo dist 24. c. placuit 1. q. 1. c. sicut Epi-
scopũ 1. q. 2. Conc. Trid. sess 21. de reform. c. 1.*

*Ordinibus sacris insigniendus Examen
subeat, an propositum eius sit pium,
sanctum ac firmum; & quantum pos-
sit in horarijs precibus recitandis.*

XXX. Qui se examini subijciat, vt
sacris Ordinibus initiatur, ante omnia
interrogetur, a quo affectu ductus, Or-
dinem Ecclesiasticum petat, an eius pro-
positum pium sit, sanctum ac firmum; &
quan-

quantum possit in horarijs precibus recitandis : ordinatus verò sciat se, secundum Canonicas sanctiones, ad istas preces quotidie persoluendas sub pœna peccati mortalis, & si beneficiatus est, restitutionis insuper fructuum pro rata temporis, quo Officium non impleuit, obligatum; ideoque vnusquisque huic obligationi studiosè latis faciat.

*a Concil. Prouine. Coloniens. sub Herman-
no 5. part. 1. c. 21. & 22. ac sub Adolpho 3.
Archiepisc. Coloniens. De Altero Medio. c.
Deinde visum &c. pag. 431.*

Examinetur etiam in cantu Choralis.

XXXI. In Cantu ecclesiastico addiscendo hactenus magna ordinandorum negligentia animaduersa fuit, non sine graui scandalo populi, vt aut muti sint multi in Choro Clerici cantus Ecclesiastici imperiti, aut in voce inconcinna & absoua mutis deteriores sæpe reperiantur: quare seriò mandamus omnibus ad sacros Ordines aspirantibus, vt Cantum Gregorianum seu Choralem ex principijs, vsu, atque exercitatione
addi-

addiscant. Cuius etiam in examine post-
hac rationem accuratam haberi volu-
mus.

*Clericali Tonsurâ insigniendi, quo tempo-
re, loco & habitu comparere debeant.*

XXXII. Ad primam Tonsuram, aut
etiam minorum Ordinum aliquem ad-
missi feriâ sextâ matutinâ, horâ octauâ
in domo generalis nostri in Pontificali-
bus Vicarij adsint Clericali vestitu in-
ducti, capillitio abscisso, seu decenter cõ-
posito, a & superpelliceum atque cereû
singuli in promptu habentes; qui vbi
Clericalem Tonsuram, vel aliquem Or-
dinum minorum susceperint, sicut &
singuli maioribus Ordinibus initiati, b
in vertice capitis coronâ sibi radi curent
pro vniuscuiusque ordinis, gradus ac
status qualitate latam, eamque conspi-
cuam perpetuò deinde gerant; ac secun-
dâ vel tertiâ qualibet hebdomada, atque
præcipuis anni festiuitatibus faciant re-
nouari; vt hoc antiquissimo Ecclesiæ ri-
tu significant, se superflua omnia, curias-
que omnes seculares ac terrenas sollici-
tudines

tudines abiectis, & ea, quæ sursum sunt, querere & sapere. Nec propter hæreticorum derisionem, aut vulgi iudicium quemquam pudeat hoc Symbolo Ducē & Imperatorem suum profiteri, cui per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem; per infamiam & bonam famam, debet militare: c. maximè cū Concilium d. tam Oecumenicum Tridentinum, quam Prouincialia & Synodalia Colonienſia declarent, nullū primā Tonsurā initiatum aut etiam in Ordinibus constitutū, fori Priuilegio gaudere, nisi Tonsuram & habitum Clericalem gesserit.

a. non liceat, vlt. dist. 23. b. Catechis. Rom. part. 2. c. 7. n. 13. & 14. c. 2. Cor. 6. 7. d. Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 6. Synod. Colon. sub Sifrido Archiepiscopo c. 9. §. item denunciamus, pag. 44. sub Henrico Archiepiscopo c. 2. pag. 86. sub Valramo Archiep. c. 4. pag. 111. & c. 18. pag. 124. & c. 20. pag. 129. sub Vilhelmo Archiep. cap. 5. pag. 157. sub Friderico Archiep. c. 5. pag. 189.

Tonsurā quali Clericis, quali Subdiaconis,
c Sacer-

*Diaconis, Sacerdotibus, Prælatu vten-
dum.*

XXXIII. Vt constet quam latâ quis-
que pro ratione Ordinis, gradus, ac sta-
tus sui debeat gestare coronam: Sacer-
dotis corona amplitudine suâ hostiæ
magnæ, quæ ad Missæ Sacrificium ser-
uit, par sit; Clerici verò atque item mi-
noribus Ordinibus initiati ad paruulæ
hostiæ, quæ laicis communicâibus ex-
hiberi solet, quantitatem æquet; Diaco-
ni autem paulò minor sit Sacerdotali, &
sicut Subdiaconi paulò maior Clericali,
ita Pastoris vel curam animarum habē-
tis Sacerdotali, & Prælati Pastoralis pau-
lò maior sit.

*Ad maiores Ordines suscipiendos admissi,
quo die, hora, loco, & habitu compa-
rere debeant; & coram quo fidei Pro-
fessionem facere.*

XXXIV. Omnes admissi ad Ordines
sacros suscipiendos, Sabbato generalis
ordinationis die; simul ad medium horæ
octauæ maruinæ, in Metropolitana
nostra

nostra vel alia pro dictis Ordinibus cō-
ferendis designata Ecclesia adsint, & ho-
nēstā induiti veste talari, nec non coronā
iustæ ac decentis pro Ordine atque gra-
du suo magnitudinis insigniti, & coram
Vicario nostro in Pontificalibus genera-
li, vel alio per ipsum ad id deputato, Ca-
tholicę fidei professionem, iuxta formu-
lam à s. r. l. rec. Pio Papa 4. præscriptam
palām emittant, sub pœnā reiectionis
pro illa vice à susceptione ordinis.

*a. c. non liceat ult. dist. 23. Catechis. Rom.
part. 2. c. 7. n. 13. & 14.*

*Qua'ia, & cuius coloris paramenta Ordi-
nandi adferre debeant.*

XXXV. Parata quoque habeant pa-
ramenta Ecclesiastica suscipiendi Ordi-
ni sacro & colori Sacrificij Missæ illius
diei convenientia, atque cereum: & cum
à Scriba seu Notario Episcopi Ordina-
toris fuerint nominati, respondeant,
ADSVM, & factaque eidem Episcopo
debita reverentia, accedant ad locum
Ordinationis, secundum descriptionis
ordinem.

*a Pontificale Rom. tit. de Ordin. confer. pag. 7.
§. Ordinandi & c.*

Maioribus Ordinibus iniciandi se præparent ad sacram Communionem Sabbato Ordinationis die sumendam.

XXXVI. Singuli maioribus Ordinibus iniciandi sese præparent, præviâ Sacramentali Confessione, & ad sacram Communionem eodem Sabbato Ordinationis reuerenter ac deuorè sumendam, hoc modo; videlicet, postquam Episcopus Ordinator se communicauerit, accedent ad Altare b Presbyteri, deinde Diaconi, postremò Subdiaconi; quibus ordinati: genuflectentibus, & Episcopo ad eos conuerso, singuli Diaconi, & Subdiaconi tantum dicent, submissa voce, *Confiteor Deo Omnipotenti &c.* vel vnus illorum cantabit *Confiteor &c.* deinde data per Episcopum absolutione & benedictione, ordinati ad supremum gradum altaris accedent, & quilibet ibidem genuflexus, priusquam Sanctissimâ Communionem sumat, manum Episcopi sacram Hostiam tenentem osculabitur, sacraque Communionem sumpta, respondet; AMEN: cum surgens, purificatio-

eratione à Ministro apud cornu Epistolæ altaris stante acceptâ, ad partem se locabit.

a Statuta Sifridi Archiep. Colon. cap. 9. pag. 44. Concil. Prouinc. Colonien. sub Hermannō s. part. 1. c. 26. pag. 346. b Pontificale Rom. tit. de Ordinat. Presb. pag. 51. & 52.

*Singuli Sacro Presbyteratus Ordine ini-
tiandi adferant mappulam mundam,
ac Missale Romanum.*

XXXVII. Sacro Presbyteratus Ordine insigniendi mappulam quoque albam & honestam pro manibus inunctis colligandis secum adferant; atque singuli vnum Missale Romanum, vel saltem nouum Colonienſe instar Romani correctum, vt Episcopo Ordinatore celebranti concelebrare possint, & omnia dicere, præsertim verba Consecrationis, quæ dici debent eo momento per Ordinatos Sacerdotes, quo dicuntur per Episcopum Ordinatorem.

a Pontif. Roman. tit. de Ordinat. Presb. pag. 40.

Ordinati Sacerdotes intra 40. dies primitias celebrare tenentur, sed prius literas suscepti Sacerdotij exhibere.

XXXVIII. Ordinati Sacerdotes, intra quadraginta dies ab Ordinatione, iuxta antiquam consuetudinem, primitias suas celebrent; sed ne quisquam fortè a susceptione Ordinis Sacerdotalis reiectus, ad euitandam apud suos confusionem, ministerium Sacerdotale, quod non accepit, sacrilegà temeritate usurpare attentet: mandamus vt nemini primitias celebrare permittatur, antequam superiori Ecclesiastico, seculari vel Regulari eius loci, vbi primitias celebrare intendit, literas suscepti Sacerdotij exhibuerit. *a*

a Statuta Sifridi Archiep. Colon. c. 9 pag. 44. Henrici Archiep. Colon. c. 9 pag. 102. Philippi Archiep. Colon. pag. 283. Adolphi 3. Archiep. Colon. pag. 462.

Ritus in Missâ seruandi sint vbiuis uniformes.

XXXIX. *a* Sicut vna est Christi Ecclesia,

clesia, sic omnia Ecclesiae membra uniformia esse, & unitatem semper obseruare necessum est, maximè autem in sanctissimo Corporis & Sanguinis Christi mysterio; unde ad præcauendam omnem difformitatem, atque caeremoniarum ac rituum in sacrae Missae officio confusionem, Episcopus & Sacerdotes omnes à se recenter ordinatos admonet, vt diligenter totius Missae ordinem ac Sacrae Hostiae consecrationem, fractionem & Communionem ab alijs iam doctis Sacerdotibus discant, priusquam ad celebrandam Missam accedant. Quia tamen experientia cognouimus, sæpè eos deligi Sacerdotes, qui magis egerent doceri, quam docere, cum ipsimet in caeremonijs ac ritibus, præsertim Romanae Ecclesiae parum sint exercitati, & cum in antiquis Missalibus Ecclesiae Coloniensis nulli præscribantur certi ritus aut caeremoniae, nec vlli extent huius Diocesis aut Prouinciæ rituales libri, qui, quibusnam caeremonijs aut ritibus sacra illa ac tremenda actio peragenda sit, præscribant, tantam videmus caeremoniarum ac rituum in hanc sacratissimam actionem

tractu temporis irreplisse ignorantiam,
 neglectum, & confusionem, vt (quod o-
 mnes grauer offendit) quot sunt Ec-
 clesiarum ministri, tot penè videre sit in
 ritibus atque cæremonijs Sacrificij Mis-
 sæ diuersitates, vt mirum non sit statum
 Diocesis, ac Prouinciæ huius vehemē-
 ter perturbatum esse. Nam quod com-
 muni Ecclesiæ oratione suppliciter à
 Deo petitur: *Sic nos tu visita, sicut te colimus*: hoc ille facit, & vt nō in irā ac furo-
 re suo faciat; sed in misericordia sua ma-
 gna, ac miserationibus multis: vt virga
 correctionis suæ prudētiores nos faciat;
 tempus est, vt singuli cum omni humi-
 litate & contritione cordis disciplinam
 Domini suscipiant, totaque voluntate
 causam auferāt. Quod vt nos pro Archi-
 episcopali nostro munere & auctoritate
 præstaremus, Missale Colonienſe ad dis-
 positionem S. Romanæ Ecclesiæ accō-
 modatum excudi, eidemque plenissimā
 instructionem generalibus & speciali-
 bus rubricis complexam de cæremonijs
 & ritibus vniformiter, in Ecclesijs nobis
 subiectis, seruandis præfigi fecimus, cu-
 ius

ius piè intenti operis fructu ne Ecclesia
nostra fraudaretur, in Synodo nostra
Coloniensi vltima mandauimus omni-
bus in virtute S. Obedientiæ, vt amotis
quibusvis alijs siue iam antiquatis, siue
peregrinis, vel priuatis, & omnibus sin-
gularum Ecclesiarum proprijs Missali-
bus, deinceps nouo Missali vterentur,
volumusque, vt in omnibus Ecclesijs
Collegiatis & Parochialibus, alijsque
vbi plures sunt Clerici, vnus constitue-
retur, qui caeremoniarum ac rituum cu-
ram in se reciperet, nouellos Sacerdotes
in caeremonijs instrueret, & vt omnia
suo ordine, loco ac tempore fierent, ob-
seruaret, is etiam Superiores singularum
Ecclesiarum Decanos, Pastores, Priores,
Rectores, aliove quouis nomine voca-
tos, de difformitatibus quibusvis cer-
tiores reddere teneretur, vt eorum au-
toritate, quod commodè interdum
Caeremoniarij introducere aut corrige-
re non possent, introduceretur, vel cor-
rigeretur. Sed cū hactenus salubre illud
decretum minus rectè obseruatum sit,
& sciamus difficillimum esse ab ijs, qui-
bus primum quis affuevit, sese reuocare.

Idcirco Archiepiscopali nostrâ auctori-
tate iterum in virtute S. Obedientiæ se-
uerè prohibemus, ne quisquam dein-
ceps Sacerdos secularis primitias cele-
brare præsumat, nisi prius generales ac
Speciales rubricas & ritum celebrandi
Missam tam priuatam quàm solemnem
secundum præscriptum Missalis Roma-
ni diligenter perlegerit, & in sacris Mis-
sæ ritibus optimè fuerit eruditus, atque
ab aliquo cæremoniarum & rituum Ec-
clesiæ Romanæ perito Sacerdote easdem
cæremonias & ritus se perfectè didicisse
Capitulo vel Decano, aut Pastori, cui
subest, testimonio instructoris sui d:bi-
tè probauerit, sub pœnâ arbitrariâ: item
nec vllus Ciuitatis vel Archidiocesis
nostræ Colonienfis Sacerdos priuatis
affectibus ductus, alijs cæremonijs ac
ritibus in celebratione Missæ vratur, nec
phures faciat cruces aut benedictiones,
quam in Missali Romano præscribun-
tur, sed omnes iuxta antedicti Missalis
normam, vestium collaribus sub amictu
seu humerali circumtectis, tremendum
illud Missæ sacrificium reuerenter, piè
& deuotè peragant, obedienter ac reli-
giosè

giosè in omnibus sacrosanctæ Missæ ritibus. atque cæremonijs sequendo Sanctam & Romanam Ecclesiam, cæterarum Ecclesiarum omnium matrem & magistram, indeque resumant normam sacrificandi, vnde sumpserunt exordium.

a D. Cyprianus tom. 2. c. 3. de unitate Eccles. Catholica. b Pontif. Rom. tit. de ordinat. Presb. in fin. c In Hymn. ad Matut. offic. Corporis Christi vers. fin. d Synod. Colon. habita 19. Aprilis 1627. titul. 5. pag. 14. e c. 1. c. 2. dist 12. c. nolite errare. c quis nesciat. d. 11. Statuta Henrici Archiep. Colon. c. 3. in fin. pag. 61.

Vniformitas sacrorum rituum & cæremoniarum in omnibus officijs Ecclesiasticis adhibenda.

XL. Ut hæc vniformitas sacrorum rituum & cæremoniarum vsus Romani magnopere commendans Catholicæ religionis dignitatem & vnitatem, in quibuscunque etiam reliquis officijs Ecclesiasticis, prout decet, adhibeatur, vehementer exoptamus ab omnibus & singulis

gulis, quos concernit, obseruari Cære-
 moniale Episcoporum, omnibus Eecle-
 sijs, præcipuè autem Metropolitanis,
 Cathedralibus & Collegiatis perutile
 ac necessarium; quodque magno labore
 & industriâ emendatum ac reformatum
 fel. rec. CLEMENS Octauus huiusce
 nominis Papa in vniuersali Ecclesiâ per-
 petuò seruari districtè mandauit. a
 a fel. rec. Clement Papa 8. Constit. 68. Bull.
 20m. 3.

1. Interest ad Catholica religionis digni-
 tatem & vnitatem seruandam, vni-
 formitatem cæremoniarum in Sacra-
 mentorum ministracione adhiberi.
2. Pastorale seu Rituale Romanum com-
 mendatur.

XLI. Multum etiam interest ad Ca-
 tholicæ Ecclesiæ vnitatem seruandam,
 promouendamque Christifidelium pie-
 tatem, & aduersariorum confusionem,
 cæremonias & ritus Ecclesiasticos in
 Sacramentorum ministracione eisdem
 vbiq̃ue adhiberi; ideoque Ecclesiæ Ro-
 manæ cæterarum Capiti atque Principi
 reliquas cõformari. Quare operam dare
 debent

debent Parochi, & alij Ecclesiæ Mini-
stri, ut ea, quæ ex antiquis Catholicæ
Ecclesiæ institutis, sacrorumque Cano-
num & Summorum Pontificum Decre-
tis, de Sacramentorum ritibus atque cæ-
remonijs Rituali Romano præscribun-
tur, calleant, quâ par est diligentia ac re-
ligione ubique fideliter obseruent, & cū
decore ac populi ædificatione exercent,
iuxta præceptum Apostoli, *omnia hone-
ste & secundum ordinem fiant*: a Id autem
vel eò magis inculcamus, cum Sacro-
sancta & Oecumenica Tridentina Sy-
nodus decreuerit. *b Quod Si quis dixe-
rit, receptos & approbatos Ecclesia Catholi-
ca ritus, in solemnibus Sacramentorum admini-
stratione adhiberi consuetos, aut contemni,
aut sine peccato à ministris pro libito omitti,
aut in novos alios per quemcunque Eccle-
siarum Pastorem mutari posse, anathema sit.*
a 1. Corinth. 14. 40. b Conc. Trid. sess. 7. de
Sacram. in genere can. 13.

Nemo ad Parochialem Ecclesiam, aliud-
ve beneficium curatum promoueatur,
admittatur vel instituatur; nisi præ-
uio examine Ordinarij Diocesani, ap-

probatione ab eo in scriptis obtentâ, &
si ei professione factâ.

XLII. Porro ex promotione in idoneorum & indignorum ad Ecclesiastica beneficia, præsertim curam animarum annexam habentia, plurimum mali ac scandali prouenire, res ipsa loquitur. Quapropter ut Parochiales Ecclesiæ conferantur dignis & idoneis, qui in loco residere, & per se ipsos curam animarum exercere valeant, quantam diligentiam adhiberi oporteat, tum Sacrosancti & Oecumenici Concilij Tridentini, beati sanctæ mem. Pij Quinti, & diversorumque aliorum Summorum Pontificum editæ Constitutiones satis superque testantur; quibus nos in hæc do, seuerè prohibemus, ne à quibusvis personis, etiam cuiusvis dignitatis Ecclesiasticæ, vel sæcularis, vlla Parochialis Ecclesia, seu aliud qualecunque Ecclesiasticum beneficium curatum Ciuitatis vel Diocesis nostræ Colonienfis, cuiquam siue sæculari siue Regulari, etiam qualitercunque exempto, conferatur; neque ei animarum cura vllatenus committatur; nec quisquam ad quamcunque:

Quocunque Ecclesiam Parochialem, aliudve
Ecclesiasticum beneficium curatum cu-
iuscunque iuris patronatus siue Ecclesia-
stici siue laici, etiam quibusvis Capitu-
lis, Collegijs, Monasterijs, Ordinibus, ac
Militijs, etiam S. Ioannis Hierosolymi-
tani, alijsque Ecclesijs & pijs locis, etiã
quomodocunque exemptis vnitum,
annexum & incorporatum presentetur,
seu eligatur, vel nominetur; & de quavis
Ecclesia Parochiali seu Ecclesiastico be-
neficio curato prouisus, vel ad id præ-
sentatus, seu electus, vel nominatus non
instituitur, nec confirmetur, neque ad-
mittatur, etiam prætextu cuiusvis pri-
uilegij, seu consuetudinis, etiam ab im-
memorabili tempore præscriptæ, nisi
fuerit prius iuxta dicti Concilij Triden-
tini, & Pij Quinti Constitutiones, Ar-
chiepiscopali nostrã auctoritate ordina-
riã examinatus & idoneus repertus; at-
que à nobis, nostrõve in spiritualibus
Vicario generali approbationem in scri-
ptis obtinuerit; cum omnes ac singulas
collationes, prouisiones & institutiones
aliter factas, aut faciendas, idem Pius
Pontifex decernat ac declaret nullas.

irritas, ac nullius roboris vel momenti esse & fore; nullumque prouisis & institutis ius aut titulum etiam coloratum possidendi præbere; sed Parochiales Ecclesias huiusmodi, ut prius, ante collationes vel institutiones, vacare. Insuper mandamus, ut quilibet de beneficio quocunque curam animarum habente prouisus, Orthodoxæ suæ fidei publicâ faciat professionem, cum declaret idem Concilium Tridentinum, quod alioquin non faciat fructus suos, nec illi possessio suffragetur. *d*

a c. inter dilectos de excess. Pralat. b Concil. Trid. sess. 7. de reform. c. 13. sess. 14. de reform. cap. 12. & 13. sess. 24. de reform. cap. 1. & 18. sess. 25. de reform. cap. 9. c. Pij Papa 5. Constitutio 33. Bullar. tom. 2. Concil. Provinc. Colonien. sub Adolpho 3. Archiepisc. c. deinde visum &c. pag. 431. c. cum bonorum &c. pag. 433. c. de secularibus &c. pag. 434. d. Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 12.

Pastoralem iurisdictionem usurpans sine ordinariâ approbatione Archiepiscopali quam pœnam incurrat.

*XLIII. Cum itaque Archiepiscopalis
nostra*

nostra examinatio, & approbatio nec nõ
institutio canonica ianua fit, per quam
fit ingressus in Ecclesiarum Parochialiũ
administrationem, sine qua etiã nulla
pastoralis in populum haberi potest iu-
risdictio, nullaque ligandi ac soluendi
auctoritas exerceri; serio præcipimus, vt
Archipresbyteri seu Decani Rurales,
cum sint Parochorum sui districtus Pa-
stores, summã curã & sollicitudine ad-
uigilent, ne quis aut sæcularis, aut Re-
gularis, etiam qualitercunque à iurisdic-
tione nostrã Ordinariã exemptus, be-
neficium quodcunque Pastorale, vel
exercitium curæ animarum Ciuitatis
vel Diocesis nostræ Colonienfis, quo-
cunque titulo vel prætextu, inuadar,
absque præuio examine, & approbatio-
ne nostrã Archiepiscopali, & Canonicã
institutione Archidiaconali. Aliter autẽ
immissi à Pastoralis officio & fructibus se
nouerint ipso iure esse suspensos: & si
quos nomine Pastoralis curæ accepe-
rint fructus, fabricæ Ecclesiæ, à qua pro-
uenerunt, restituendos, atque ad eorum
veram & realem restitutionem à iuis
Archi-

Archipresbyteris seu Decanis Ruralibus esse compellendos, declaramus.

Pastorum officium.

XLIV. Pastores verò, quibus animarum cura Legitimè commissa est, domui suæ sint bene præpositi, ita ut non tantum ipsi, sed & eorum familia irreprehensibilem vitam agant: *Qui enim domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesia Dei diligentiam habebit.* a Insuper sciant præcepto Diuino b sibi mandatum esse, ut oues suas agnoscant, pro his Sacrificium offerant, verbiq̃ue Diuini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascant, & pro earum salute, quandocunque opus est, animam suam ponant, pauperum præsertim infirmorum, sæpè eos visitando, ac temporali & spiritali solatio eosdem subleuando, curam paternam gerant, rudes in fide, & maximè iuuentutem, ut Ecclesiæ seminarium Catechizent, piorum Legatorum diligentem rationem habeant, & serijs monitionibus satagant, ut ante finē
anni

anni pijs testatorum voluntatibus satisfiat, & in cætera Pastoralia munera omnia, onus Angelicis humeris formidandum, diligentissimè incumbant. Quis enim nescit, quanti vna anima sit pretij, quarum tot millia Sacerdotum Curatorum incuriâ pereunt.

a 1. *Timoth. 3. 5.* b *Conc. Trid. sess. 5. de reform. c. 2.* & *sess. 23. de reform. c. 1.*

Pastores iure Diuino quibus suis assiduè adesse tenentur, etiam periculi & pestis tempore, nec ad mensem à Parochiâ suâ abesse possunt sine licentiâ Archiepiscopali.

XLV. Ad præstanda & implenda hæc Pastoralis officij debita, ad assiduam apud oves suas residentiam se iure Diuino obligatos esse intelligant Pastores omnes, nec posse oves suas metu periculi, vel pestis tēpore, deserere, vel sub prætextu aliorum negociorum, sine licentiâ nostra, nostrive Vicarij in spiritualibus generalis, ac nisi alteri Archiepiscopali nostra auctoritate, approbato
Vica-

Vicario curâ commissa ad vnum mens-
sem abesse; idque sub grauibus pœnis à
Consilio Tridétino a præscriptis. Quod
in hac luctuosa grassantium hæresum
rempestate, & falsorum prophetarum,
seductorum, hæreticorumque licentio-
sa multitudine, tanquam vigiles Pasto-
rum inspectores, eò diligentius curare
tenentur Decani Rurales; quia sicut spi-
rituales, & vt est apud Prophetam *Ve-
spertini*, b lupi, latrones, fures, nunquam
facilius, quàm absente Custode; ita nuf-
quam securius quàm ruri, vbi inspectio-
nem suam habent ipsi Decani, Domini-
cum gregem inuadere possunt: quem vt
ab insidijs luporum, amor & vigilantia
Pastoris debet custodire; ita Decani nū-
quam ab intentione sollicitudinis suæ
quiescentes, dormientem aut negligem-
tem Pastorem, ceu speculatores in pro-
spectu explorationis locati, contra ad-
uenientes latrones, & obrepentes fures
debent excitare.

a Conc. Trid. locis supra citatis. b Haba. 1. 8.

1. Pastores intra limites sua Parochia, &
in

in Pastoralis, vel aliâ domo Ecclesie
proximâ habitent.

2. Idem quoque faciant Custodes.

XLVI. Ea propter quotquot habent
animarum curam, non solum intra limi-
tes suæ Parochiæ, verum etiam, quantû
commodè fieri poterit, propè Ecclesiam
in Domo Pastoralis personaliter resideât.
Quod si talis domus Pastoralis non ex-
tet, conducant honestam aliquam do-
mam, Ecclesie Parochiali, quantû fieri
potest, proximam: & interim agant cum
suis Parochianis de modo & ratione a-
licuius domus Pastoralis ædificandæ. Si
verò familiam non alant, habitationem
eligant non procul ab Ecclesia, nullo ta-
men modo in diuersorio, aut in domo
malæ famæ. Custodes autem idem fa-
ciant, quo Parocho & Parochianis op-
portuniùs adesse possint. &

a c. necessariâ 12. q 1.

*Iuramentum ab animarum Curatoribus
prestandum.*

XLVII. Quò autem præmissa exa-
ctius

Etius obseruentur, & Statutis tam antecessorum nostrorum Archiepiscoporum Colonienſium, quàm declarationibus sacrae Congregationis Cardinalium Concilij Tridentini interpretum insistentes; volumus, vt quilibet Parochiale Ecclesiam seu quodcunque aliud Ecclesiasticum beneficium curatum adeptus, antequam cura animarum, vel possessio ipsius Ecclesiae seu beneficij ei detur, ultra professionem fidei, praestet etiam coram Vicario nostro in spiritualibus generali subsequens iuramentum.

a Concil. Prouin. & Synod. sub Adolpho 3. Archiepisc. Colonienſ. c. secundo quia &c. pag. 523. & § primum itaque col. 2. pag 537.

Ego N.N. iuro & promitto obedientiam, reuerentiam, & honorem Summo Pontifici Romano, ac Reuerendissimo Domino N. Archiepiscopo ac Principi Electori Colonienſi, eorundemque successoribus. Item iuro & promitto, quod Ecclesia mea Parochiali N. secundum oneris eidem annexi exigentiam, diligenter deseruiam, & in ea personaliter residebo. *Predicta mea*
Eccle-

Ecclesiæres, bona, & iura quacunque in-
uenta fideliter conseruabo, nec ea aliena-
bo, malè autem alienata, quantum in me
erit, diligenter recuperare studebo. Sic
me Deus adiuuet, & hac Sancta Dei Eu-
angelia.

Quando aliò se recipere cogentur, quid
prestare debeant.

XLVIII Si contingeret (prout nuper
ex causa retorsionum factum est) Pastro-
res gregem suum cogi deserere, & aliò
migrare, id non faciant sine nostro vel
nostri in spiritualibus Vicarij consensu,
& iudicato loco, quo sese recipiant, &
non minorem curam habeant conser-
uandæ supellectilis Ecclesiæ, quàm suæ
propriæ.

Archipresbyterorum seu Decanorum ru-
ralium officium.

XLIX. Atque vt prædicta pro voto
nostro præstentur, Archipresbyteri seu
Decani rurales solliciti sint de Pastorum
suo-

suorum subditorum salute ac profectu spirituali, diligenter eorum vitæ, moribus, & doctrinæ intendentes, ideoque præter visitationem ordinariam, datâ occasione, sæpius Parochias sibi commissas inuisant, & in visitationib. suis præcipuè inquirant, an Pastores apud oves suas perpetuò habitent, piè ac laudabiliter viuant, suo, vt decet, munere fungantur, præsertim Dominicis & festis diebus in celebrâdo Missæ officio, concionando, catechizando, Ecclesiastica Sacramenta, quacunque diei ac noctis horâ requirantur promptè ac deuotè ministrando, cum debitis ritibus, cæremonijs, orationibus ac precibus in Rituali Romano seu Pastoralis libro Coloniensi Agenda appellato, ad hoc religiosè præscriptis. Et si muneri suo de sint, ad nos, nostrumve in spiritualibus Vicarium absque morâ deferant, pœna suspensionis ab officio, vel alia grauiore arbitraria pro qualitate culpæ & scandali puniendos.

Pastorum quoque Vicarij, Capellani & adiutores ordinaria auctoritate Archie-

chiepiscopali approbandi sunt ad curam animarum.

L. Cum non solum Pastoribus, sed etiam eorum Vicarijs, Capellanis, eorumque adiutoribus vel socijs cura animarum incumbat; proinde & ij de sufficientiâ suâ docere debeant, districtè inhibemus, ne vllus Pastoriū Ciuitatis seu Archidiœcesis nostræ Coloniënsis cuiusquam Vicarij, Capellani, adiutoris vel socij operâ in Pastoralis suâ functione vtratur, qui nostrum, aut nostri Vicarij in spiritualibus generalis testimonium in scriptis non exhibuerit, quo testatū fiat, eum sufficienti examine inuentum esse dignum & idoneum, qui in Vicarium, Capellanum, adiutorem vel socium Pastoralis officij tali loco cooptari possit; in quo testimonio etiam locum designari volumus: cum pro diuersitate locorū aut personarum, quibus quis præficiendus erit, diuersum esse possit, de præficiendi qualitate, iudicium a

a Conc. Trid. sess. 21. de reform. c. 4. Conc. Prouinciale Colon. sub Hermanno s. p. 4. c. 6.

d

Pres-

Presbyteri omnes etiam Regulares debent antea ab Episcopo Diocesano approbati, quàm secularium seu monialium etiam ipsis Regularibus subiectarum audiant confessiones.

LI. Quod non tantũ de Pastoribus seu Ecclesiarum Parochialium Rectoribus, eorumque Vicarijs, Capellanis, adiutoribus vel socijs intelligitur, sed & de Religiosis quorumcunque Ordinum, Societatum, & Congregationum; cum ab *a* Oecumenica Synodo Tridentina, & à fel. rec. *b* Gregorio 15. Pontifice Maximo providè cautum sit, nullum Presbyterum, etiam Regularem, posse Confessiones secularium, etiam sacerdotũ, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi ab Episcopo Diocesano per examen, si illi videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem obtineat. Confessarios porrò siue seculares siue regulares, etiam quomodolibet exemptos, tam ordinarios, quàm extraordinarios, ad Confessiones Monialium, etiam ipsis Regularibus subiectarum,

rum, audiendas, nullatenus deputari posse; nisi prius ab Episcopo Diocesano specialiter ad hoc idonei iudicati fuerint, & approbati.

a Concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 15. b fel. rec. Gregorij Papa 15. Constitutio 18. Bullarj tom. 4.

Reuocatio omnium indultorum quibusvis Religionibus, Societatibus, & Ordinibus, quomodolibet concessorum audiendi secularium confessiones absque Ordinarij examine, & approbatione.

LII. Quam rem fel. rec. Urbanus 8. Pontifex maximus accuratius persequens, omnia omnino reuocauit & abrogauit priuilegia, quibusuis Religionibus, Societatibus, Congregationibus, & Ordinibus à Sede Apostolicâ quomodolibet concessa audiendi Sacramentales personarum secularium confessiones absque Ordinariorum Diocesano- rum examine & approbatione; cuius verba, plenioris cognitionis causa, hic libet adscribere.

d

2

Fel.

Fel. rec. Urbani 8. Constitutio 29.
Bullarij tom. 4.

VRBANVS PAPA VIII.
AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

CVM, sicut accepimus, aliquibus Religiosis quorundam Ordinum, seu Congregationum à Sede Apostolicà indultum fuerit, vt sacramentales personarum secularium confessiones audire valeant, etiamsi ab Episcopis Diocesanis ad id examinati, & approbati non fuerint; nec desint, qui temerè asseuerent, hoc ipsum priuilegium ceteris quoque aliorum Ordinum Regularibus competere, ex amplissimis priuilegiorum communicationibus, quas ab eadem Sede Apostolicà obtinuerunt, & hinc saluberrimum Sacri Concilij Tridentini decretum, de super sancitum penitus euertatur; Nos huic

malo

malo opportunè providere volentes, De
Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardi-
nalianum negotiis regularium prapositorum
consilio, omnia, & singula indulgetia huius-
modi, audiendi secularium confessiones
absque Ordinarij examine, & approba-
tione, quibusvis Collegiis, Capitulis, Re-
ligionibus, Societatibus, etiam Societati
IESV, Congregationibus, & Ordinibus,
tam mendicantium, quàm non mendi-
cantium, necnon monachorum quorum-
cunque etiam S. Benedicti, Cisterciensis, &
Carthusiensis ac etiam quibusvis militiis,
etiam Hospitalis S. Io. Hierosolymitani, ac
quibuscunque Ecclesiis etiam Patriarcha-
libus & Metropolitanis, Monasteriis, cae-
terisque locis pijs, siue eorum & earum
respectu Abbatibus, Praposis, Decanis,
Magistris, Ministris, Prelatis, Prioribus,
Rectoribus, etiam Generalibus, vel Pro-
vincialibus, Capellanis, Confessarijs, aut
alijs quocunque nomine nuncupatis Supe-

rioribus, & personis quibuscunque etiam
 quomodolibet exemptis, ac Sedi Apostoli-
 ca immediate subiectis cuiuscunque di-
 gnitatis, præminentia, & conditionis
 existentibus, & quouis privilegio muni-
 tis, & tam ad supplicationem partium,
 quàm Motu proprio, & ex certa scientia,
 ac de Apostolica potestatis plenitudine ha-
 stenus quancunque & qualitercunque
 ex quavis, etiam de necessitate exprimen-
 da causa, & aliàs quomodolibet concessa,
 Apostolica auctoritate, tenore presentium
 reuocamus, cassamus, tollimus, abroga-
 mus, & annullamus, viribusque & esse-
 ctu euacuamus, ac reuocata, cassa, subla-
 ta, abrogata, & annullata, viribusque &
 effectu vacua esse, & fore, nec Religioni-
 bus, Societatibus, etiam Societati IESV,
 Congregationibus, Ordinibus, ac militijs,
 & Ecclesijs, Monasterijsque predictis, eo-
 rumque Superioribus, & personis quibus-
 cunque in posterum vlllo modo suffragari,
 minus-

minusque illos, & illas, etiamsi de ijs specialis, specifica, expressa, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, indultis huiusmodi uti posse; presentes verò literas, & in eis contenta quacunque etiam ex eo quod quicunque in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes, ad hoc vocati, & auditi non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quocunque defectu notari, impugnari, redargui, inius, vel controversiam reuocari, ad terminos iuris reduci, aut aduersus illas quodcunque iuris, gratiæ, vel facti remedium impetrari nullatenus posse, sed illas semper validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; Sicque per quoscunque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quauis

d 4 aliter

aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & desiniri debere, ac irritum, & inane quicquid se-
 sus super his à quoquam quavis auctori-
 tate, scienter, vel ignoranter contigerit at-
 tentari, decernimus, & declaramus Non
 obstantibus, pramissis, ac quibusvis Constitu-
 tionibus, & Ordinationibus Apostolicis,
 privilegiis quoque indultis, & literis Apo-
 stolicis, Ordinibus, Societatibus, & Con-
 gregationibus predictis eorumque Propo-
 sitis, Decanis, Magistris, Abbatibus, Mini-
 stris, Pralatis, Prioribus, Rectoribus, & a-
 lijs Superioribus, Capellanis, alijsque pra-
 dictis, sub quibuscunque tenoribus, & for-
 mis, ac cum quibusvis etiam derogatoria-
 rum derogatorijs, alijsque efficacioribus,
 & insolitis clausulis, ac irritantibus, &
 alijs decretis, in genere, vel in specie, ac a-
 liàs in contrarium quomodolibet concessis,
 confirmatis, & innovatis. Quibus omni-
 bus, & singulis, etiamsi pro illorum suffi-
 cienti

cienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autè quòd presentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus vbique fides adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ: Quodque eadem presentes literæ, seu illarum exempla ad valuas Basilicarum S. 10, Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Vrbe,

d s

& in

Et in Acie Campi Floræ affixa omnes ita
arctent, & afficiant, ac si unicuique perso-
naliter intimata fuissent. Dat. Romæ apud
Sanctâ Mariâ Maiorē sub Annulo Piscato-
ris. Die XII. Septembr. MDCXXVIII.
Pontificatus Nostri Anno Sexto.

M. A. Maraldus.

Anno Millesimo sexcentesimo vige-
simo nono, Indictione duodecima
Pontificatus autem Sanctissimi D.
N. Papæ Domini Urbani diuina pro-
uidentia Papæ Octaui Anno eius
Sexto, Die verò lunæ Octaua Ia-
nuarij. Retroscriptæ literæ affixæ,
& publicatæ fuerunt ad valuas Ba-
silicarum S. Ioannis Lateranensis,
ac Principis Apostolorum de Vrbe, &
in acie Campi Floræ, vt moris est, per
nos Franciscum Pignoccatum, & Pô-
peium Giranum eiusdem Sanctissimi
D. N. Papæ Cursores.

Brandimartes Latinus pro Mag.
DD. Curs.

Regu-

Regulares non possunt pœnitentes suos à
Casibus Sedi apostolica & Ordinario
Dieceſano reſeruatis absoluere sine
ſpeciali licentiâ.

LIII. Veruntamen ne Regulares cu-
iſuis Ordinis, Congregationis, Socie-
tatis, & Inſtituti etiã Archiepiſcopali no-
ſtra auctoritate Ordinariâ approbati
potestatis ſuæ limites transcendant, quæ
Sacra Congregatio Cardinalium, qui E-
piſcoporum & Regularium negocijs &
conſultationibus præſunt, circa faculta-
tem absoluendi à casibus Sedi Apoſtoli-
cæ, & Ordinario reſeruatis declaravit, ex
ipſiusmet Congregationis ſubiectis hic
verbis quiſque cognoſcere potelt.

DECLARATIO

Sacræ Congregationis Episcoporum,
& Regularium, circa facultatem
absoluendi à Casibus Sedi Apo-
ſtolicæ, & Ordinario
reſeruatis.

Sacra Congregatio S. R. E. Cardinaliũ
negocijs, & conſultationibus Episcopo-
rum,

rum. & Regularium preposita censuit, per Confirmationes Priuilegiorum, quas Regulares à Sede Apost. post Sacr. Conc. Tridentinum obtinuerunt, nequaquam reuixisse Priuilegia prius ab eodem Concilio, ac deinde etiam ipsius Congregationis Decretis sublata, atque extincta, si que habebant, absoluendi à casibus Ordinario loci reseruatiss. Quemadmodum nec indulta absoluendi à casibus contentis in Bulla, que in die Cœne Domini legi consuevit, utpotè sublata per annuam ipsius Bullæ publicationem, vires, aut robur acquisuisse ex subsequentibus Priuilegiorum Confirmationibus: Ac proinde Regulares cuiusuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, etiam necessariò exprimendi, nec intra, nec extra Italiam in vim Priuilegiorum, aut Confirmationum eiusmodi, quas vel hætenus obtinuerunt, vel deinceps fortè obtinebunt, posse quemquam absoluere ab eisdem casibus in Bulla
Cœna,

pro Ordinandis. 85

Cenae, aut Ordinario loci reseruatis: Ac si
secus egerint, absolutiones nullas, atque
irritas fuisse, ac fore: In alijs vero casibus,
& censuris Sedi Apostolicae reseruatis, si
quidem Regulares habeant à Sede Aposto-
lica absoluendi facultatem, illam extra
Italiam minime sublatam fuisse iisdem
Sac. Congregationis Decretis hac de re e-
ditis iussu san. me. Clementis VIII.

Quam Sacrae Congregationis senten-
tiam Sanctitas Sua ad se relata appro-
bavit, mandauitque ab omnibus, ad quos
pertinet, inuiolabiliter obseruari. Romae
17. Nouembris 1628.

F. A. Card. S. Honufr.

P. Fagnanus Secr.

Regularibus omnibus vetitum est mini-
strare secularibus personis Sacramenta
Baptismi, & extra suas Ecclesias, Eu-
charistiae: item extremae Vnctionis, &
Matrimonij.

LIV. Quod Regularibus omnibus
d 7. de

de confessionibus secularium audiēdis, id quoque non minori ratione de administratione Baptismi, vel Sacrosanctæ Eucharistiæ extra suas Ecclesias, vel extremæ vnctionis, ac multò magis de solemnizatione aut benedictione matrimonij, quæ debent à proprijs Parochis ministrari, est vetitum; Proinde nulli Regulares, nisi de expressa nostra, vel nostri Vicarij generalis, vel proprij Parochi licentiâ, audeant extra suas Ecclesias vlla Sacramenta, præter pœnitentiæ, administrare; quin etiam, si audierint alicuius infirmi confessionem in domo priuatâ, id significant proprio eius Pastori; sed nullatenus præsumat ægroto deferre secretò & sine lumine Sacrosanctam Eucharistiam, quod ne quidem ipsis Pastoribus permittitur; nec sollicitent ipsos ægrotos ad eligendum in ipsorum Ecclesijs sepulturam; & si spontè eam elegerint, Ecclesiæ nihilominus Parochiali sua iura seruentur.

Clem. Religiosi de Privileg.

Missæ in priuatis adibus non celebranda.

LV. Quod concedi consuevit desiderijs

derijs diuturno morbo laborantium, de
Missâ in suis ædibus interdum celebrã-
da, paulatim longius progressum est, &
tandem in apertû abusum contra sacros
Canones *a* irreligiosè usurpatum. Cui
malo occurrere volens Conc. Trid. *b* (vt
omnis irreuerentiæ circa Missæ sacri-
ficiû tollatur occasio) statuit & absolutè
ordinavit, ne quis secularis aut regularis
privatis in domibus atque omninò ex-
tra Ecclesiam & ad diuinum tantû cul-
tum dedicata oratoria, ab Ordinarijs de-
signata & visitata, sanctum Missæ sacri-
ficiû peragere præsumat. Quæ quidè
ordinatio vt pro rei gravitate exactiorè
observationem habeat, seuerè iniungi-
mus omnibus & singulis Ciuitatis & Ar-
chidiœcesis nostræ Pastoribus ac Pres-
byteris, tam secularibus, quam regulari-
bus quibuscunque, ne quisquam præ-
textu cuiuscunque antiquæ consuetudi-
nis vel statuti, aut priuilegij deinceps
dictæ ordinationi Concilij Tridentini
controueniat, nec in priuatis ædibus aut
omnino extra Ecclesiam seu Oratorium
ad diuinum tantummodo cultum dedi-
catum, & Archiepiscopali nostra aucto-
ritate

ritate designatum & visitatum, Sacrosanctum Missæ officium celebrare audeat, mandantes pariter laicis quibuscunque, ne per aliquos Presbyteros etiam exemptos, in suis ædibus sacrificium Missæ, aliqua ratione celebrari perant, aut patiatur. Si quis autem huic decreto Tridentino, & prohibitioni nostræ contraenerit, tam is qui celebrauerit, quam qui Sacerdotem ad celebrandum requisierit, aut admiserit, arbitrio nostro grauius punierur, non obstante Apostolico priuilegio, quo ei facultas id faciendi indulta erat; nisi illud prius nobis aut generali nostro Vicario exhibitum & Archiepiscopali nostra auctoritate approbatum fuerit. Pastores autem subditos suos, qui morbo detenti, Ecclesiam visitare non possunt, doceant ut pia deuotione preces suas iungant cum illis, qui corporali præsentia diuinis officijs intersunt. Et ut ad excitandam deuotionem obseruent diuinorum officiorum tempora, vel campanarum pulsum, per quæ significatio fit sacrorum quæ in templis peraguntur, & ubi corpore adesse non possunt, corde & pijs orationibus sese præ-

presentes statuunt. Quod dum religiosè faciunt, & obedienter ordinationibus parent, per quas antiqui Canones in vsum reuocantur, plus in vera pietate proficiunt, quam si ex priuata deuotione, ad domesticas Missas importunè consensum extorqueant, vel sub prætextu Præuilegij, irreligiosam foueant singularitatem.

a c. Sicut c. Missarum s. hic ergo c. nullus presbyter. c. non oportet. c. clericos de consec. dist. 1. b Conc. Trid. sess. 22. in decret. de obser. & euit. in celebratione Missæ.

Nemo ignotus seu peregrinus, etiam Regularis ad celebrandam Missam, Sacramenta ministranda, aliave diuina peragenda admittatur absque licentiâ Archiepiscopali.

LVI. Ne per vagos aut ignotos Sacerdotes aliquid noui in ritibus & ceremonijs diuini officij introducatur, vel alioquin nascatur scandalum, aut irreuerentia, quæcunque, cum sacrum Oecumenicum Conc. Trid. tum Prædecessores

res nostri Archiep. Colon. b rectè statuerunt, de vago, ignoto, aut peregrino Clerico aut Sacerdote non admittendo ad sacra ministeria, firmiter obseruari mandamus, atque omnibus modis interdiciamus, ne quis vagus, ignotus, vel peregrinus Clericus aut Sacerdos, etiam Regularis in vlla Ciuitatis vel Diœcesis nostræ Ecclesia siue seculari, siue regulari, ad celebrandam Missam, Sacramenta administranda, aut etiam ad prædicandum verbum Dei, aliosve sacros actus admittatur, nisi ostensis prius sui ordinatoris litteris, quæ formatæ vulgò nuncupantur, & Ordinarij sui authenticis testimonialibus, ac Dimissorijs litteris, quibus videlicet de ordinatione sua legitimè adepta, deque vitâ, moribus, eruditione ac titulo fidem faciat, doceatq; nullo Ecclesiastico impedimento se ab executione ordinis arceri. Et ne aliquando falsæ litteræ ad sacrificandum obtundantur, omnium Ecclesiarum Rectoribus, Pastoribus & Superioribus præcipimus, vt deinceps nullum Sacerdotem alterius Diœcesis, ad Sacrosanctum Missæ officium celebrandū in suis Ecclesijs admit-

admittant, aut in Sacellanum, Chorificium, vel Cantorem recipiant, nisi prius ipsis litteratoriè constiterit, quod litteræ testimoniales ac dimissionales huiusmodi per Nos seu Vicarium nostrum generale vix fuerint & examinatae, quodque qui illas praesentat in his quæ ad vitam, mores, doctrinam, nec non ad ritus & caeremonias Sacrificij Missæ pertinēt, diligenter examinatus fuerit, & ad celebrationem Missarum, aut Sacramentorum administrationem approbatus.

a Conc. Trid. sess. 22. in decret. de obser. & e-
 uit. in celebratione Missæ. & sess. 23. de re-
 form. c. 16 in fine. b Statuta VVichboldi Ar-
 chiep. Colon. c. 3. pag. 51. Henrici Archie-
 pisc. Colon. c. 10. pag. 63. Philippi Archiep.
 Colon. pag. 283. Adolphi 3. Archiepiscop. Co-
 lon. pag. 462. col. 1. §. post hæc. Conc. Prouinc.
 Colon. sub Hermanno 5 p. 1 c. 31. Conc. syno-
 dale sub Ernesto An. 1598. tit. 4.

1. In Ecclesiis violatis ante reconciliatio-
 nem non fiat Sacrificium.
2. Altarium portatilium vsus tollitur.

LVII. Denique mandamus innouā-
 do decretum Synodi Diœcesanæ sub de-
 cessore

cessore nostro Henrico Archiep. Colon. habitae, ne quis in Ecclesijs seu Sacellis violatis sacrificium faciat, ante solemnem eorum reconciliationem: & cum Altaria lapidea, pariter & fixa esse debeant, non autem de loco in locum portatilia, horum proinde usum ad populi commoditatem, urgente necessitate late permissum recte sustulit rā Conc. Trid. quam Colon. Quare ne quod ad tempus duntaxat & ex graui causa concessum est, contra canonicas sanctiones, & ad irreuerentiam sacrosancti mysterij Missae trahatur in consuetudinem, volumus omnino, ut ubi Ecclesiae vel Altaria violata sunt, aut destructa, ea cum primum fieri poterit, instaurentur, & sacris usibus per Episcopalem reconciliationem, vel consecrationem restituantur, eoque facto ibidem Altarium portatilius usus penitus interdicatur. Quocirca omnem facultatem quibuscunque personis siue laicis, siue Clericis, aut Sacerdotibus, & his tam Regularibus, quam secularibus ordinaria auctoritate factam, ut eis Altari portatili uti liceat, ex sententia Praedecessorum nostrorum

6 Wil.

¶ Wilhelmi & Hermanni Archiepiscoporum
Coloniensium reuocamus, ac
reuocatam esse hoc decreto sancimus.

a Statuta Henrici Archiep. Colon. p. 102.
col. 2. n. 12. b Statuta VVilhelmi Archiep.
Colon. c. 24. pag. 173. & 174. Statuta Her-
manni 4. Archiepiscopi Colon. 5. 26. pag.
275. col. 1. in pr.

In cuius rei fidem hasce manu nostra
subscriptas, Sgillo nostro iussimus com-
muniri. In Oppido nostro Bonna die
12. Augusti Anno 1644.

Ferdinandus.

Vt. Georgius Paulus Stravius E-
piscopus Ioppensis, Suffraganeus
Coloniensis & Visarius generalis.

Euerhard:Richarts.

SUMMARIUM.

Desiderata in ijs, qui ad minores Ordines
promoueri petunt, n. 8. pag. 13.

Minores Ordines non nisi per temporum in-
terstitia conferendisunt, ut Ordinati ex-
erceant Ordinis suscepti officium; reuereã-
tur Superiores in Ordine, frequenter sa-
cram Communionem sumant. n. 9. pag. 14.

Nullius ordinis ministerium praestetur ab eo,
qui in illo Ordine non est, n. 10. pag. 15.

Deficientibus Clericis coelibatum colentibus
qui ministerijs quatuor minorum Ordi-
num exercendis praesto sint sufficiantur
coniugati monogami tonsurati & indutis
Clericaliter in Ecclesia. ibid.

Ordines maiores per temporum interstitia
conferendi, n. 11. pag. 16.

Ordinibus maioribus initiandi, uno mense,
ante Ordinationis tempus, Parochum su-
um adeant, & curent proclamationes sui
ad formam proclamationum matrimo-
nialium fieri, n. 11. pag. 16.

Quo modo ac tempore trina proclamatio sit
facienda, n. 12. pag. 17.

Formula faciendi proclamationem pro Or-
dinando, n. 13. pag. 18 & 19.

Formula testimonij per Pastorem dandi de
proclamatione facta pro Ordinando, n. 14.
pag. 20.

Qui-

SUMMARIVM.

Quinam ab Ordinibus excludendi, n. 15.
pag. 22.

Pastores & Concionatores populum ad orandum pro Ordinandis hortabuntur, n. 16.
pag. 28.

Subdiaconus vel Diaconus, antequam ad superiorem Ordinem promoueat, quales sibi libros comparare debeat, n. 17.
pag. 29.

Ad Ordines sacros admittendi, qualia testimonia debeant adferre n. 18. pag. 30.

Ætas ordinandorum ad Subdiaconatum, Diaconatum, & Presbyteratum seruanda etiam per Regulares examinandos ab Episcopo Diocesano, n. 19. pag. 31.

Ordinatorum ante etatem, extra tempora à iure statuta, & sine litteris Dimissoriis pœna, ibid.

Nemo ordinandus est absque Canonico titulo beneficiali pacificè possessore, n. 20. pag. 31.

Subdiaconi non ordinentur qui non sperant se continere posse, ibid.

Titulus Ordinandorum qualis, & plura quæ eò spectant, n. 21. pag. 34.

Monitio ad initiandos sacro Diaconatus Ordine, n. 22. pag. 35.

Moni-

SUMMARIVM.

Monitio ad initiandos sacro Presbyteratus
Ordine, n. 22. pag. 36.

Testimoniales requisita ab ijs, qui in Colle-
gijs sunt beneficiati, vel in Gymnasio de-
gunt. item à Religiosis quibuscunque, n.
24. pag. 37.

Regulares exhibeant sui Superioris testimo-
niales de professione emissâ, eamque in-
vent spontè factam esse, aut ratam habi-
tam, n. 25. pag. 38.

Ordinandi quando, & ubi comparere de-
beant ad examen; & quales ad examen
non admittendi, n. 26. pag. 40.

Ordinandorum examini Vicarius in Ponti-
ficalibus generalis interesse debet & præ-
esse, n. 27. pag. 41. & n. 1. pag. 5.

Iuramentum ab Examinatoribus præstan-
dum, n. 28. pag. 43.

Nihil ab Ordinandis etiam sponte oblatum
occasione examinis vel Ordinationis ac-
cipiendum, n. 29. pag. 44.

Scriba seu Notarius pro singulis Dimissorijs
aut testimonialibus tantum habebit albos
sexdecim. ibidem.

Iura in examine Ordinandorum solui con-
sueta abrogantur, ibid.

Ordinibus sacris insigniendus, examen sub-

e

eat,

SUMMARIVM.

- eat, an propositum eius sit pium, sanctum
ac firmum, & quantum possit in Horarum
precibus recitandis, n. 30. pag. 46.
- Ordinatus tenetur Horas suas Canonicas
quotidiè legere, ibid.
- Examinetur etiam in cantu Choralis, n. 31.
pag. 47.
- Ad suscipiendam primam Tonsuram, aut
minorum Ordinum aliquem admissi, quo
tempore, loco, & habitu comparere de-
beant, n. 32. pag. 48.
- Clericalis Tonsura semper gestanda, & qua-
ties renouanda, ibid.
- Tonsura Clericalis quid sibi velit, ibid.
- Ad fori privilegio gaudendum, requiritur
gestatio habitus & Tonsura Clericalis,
ibid.
- Tonsurâ quali Clericis, quali Subdiaconi,
Diaconis, Sacerdotibus, Prelatis vten-
dum, n. 33. pag. 50.
- Ad maiores Ordines suscipiendos admissi, quo
die, hora, loco & habitu comparere de-
beant, & coram quo fidei professionem fa-
cere, n. 34. pag. 50.
- Qualia, & cuius coloris paramenta ordi-
nandi adferre debeant, n. 35. pag. 51.
- Ad maioribus Ordinibus initiandi se preparandi

SUMMARIVM.

- ad sacram Communionem Sabbato ordi-
nationis die sumendam, n. 36. pag. 52.
- Singuli sacro Præbyteratus ordine initian-
di, adferant mappulam mundam, ac Mis-
sale Romanum, n. 37. pag. 53.
- Ordinati Sacerdotes intra 40. dies primitias
celebrare tenentur, sed prius literas susce-
pti Sacerdotij exhibere, n. 38. pag. 54.
- Ritus in Missa seruandi, sine ubiuis unifor-
mes, n. 39. pag. 54.
- Uniformitas Sacrorum rituum & caremo-
niarum in omnibus officijs Ecclesiasticis
adhibenda, n. 40. pag. 59.
- Interest ad Catholica religionis dignitatem
& unitatem seruandam, uniformitatem
Caremoniarum in Sacramentorum mi-
nistratione adhiberi, n. 41. pag. 60.
- Rituale seu Pastorale Romanum commen-
datur, ibid.
- Nemo ad Parochialem Ecclesiam, aliudve
beneficium curatum promoueatur, ad-
mittatur, vel instituat, nisi prauio exa-
mine Ordinarij Diocesani, approbatio-
ne ab eo in scriptis obtenta, & fidei profes-
sione facta, n. 42. pag. 62.
- Pastoralem iurisdictionem usurpans sine or-
dinaris

SUMMARIVM.

- ordinariâ approbatione Archiepiscopali, quâ
pœnam incurrat, n. 43. pag. 64.
- Pastorum officium, n. 44. pag. 66.
- Pastores iure Diuino ouibus suis assiduè ad-
esse debent, etiam periculi & pestis tempo-
re; nec ad mensuram à Parochia sua abesse
possunt, sine licentia Archiepiscopali, n. 45.
pag. 67.
- Pastores intra limites suæ Parochiæ, & in
Pastorali, vel alia domo Ecclesiæ proxima
habitent, n. 46. pag. 69.
- Idem quoque faciant Custodes, ibid.
- Iuramentum ab animarum Curatoribus
prestandum, n. 47. pag. 69.
- Quando aliò se recipere cogentur, quid pra-
stare debeant, n. 48. pag. 71.
- Archipresbyterorum seu Decanorum Rura-
lium officium, n. 49. pag. 71.
- Pastorum quoque Vicarij, Capellani & Ad-
iutores; ordinariâ auctoritate Archiepis-
copali approbandi sunt ad curam, anima-
rum, n. 50. pag. 73.
- Presbyteri omnes etiam Regulares debent an-
tea ab Episcopo Diocesano approbari,
quàm secularium seu Monialium etiam
ipsis Regularibus subiectarum audiant
confessiones, n. 51. pag. 74.

Ren-

SUMMARIVM.

Revocatio omnium indulgentiarum quibusvis Religionibus, Societatibus, & Ordinibus quomodolibet concessorum audiendi secularium confessiones absque Ordinarij examine & approbatione, n. 52. pag. 75.

Regulares non possunt poenitentes suos à Casibus Sedi Apostolica & Ordinario Diocesano reservatis absolvere sine specialis licentia, n. 53. pag. 83.

Regularibus omnibus vetitum est ministrare secularibus personis Sacramenta Baptismi, & extra suas Ecclesias, Eucharistia: item Extrema unctionis & Matrimonij, n. 54. pag. 85.

Missae in privatis adibus non celebranda, n. 55. pag. 86.

Nemo ignotus seu peregrinus, etiam Regularis ad Missam celebrandam, Sacramenta ministranda, aliaque Divina peragenda admittatur absque licentia Archiepiscopali, n. 56. pag. 89.

In Ecclesiis violatis ante reconciliationem non fiat Sacrificium, n. 57. pag. 91.

Altarium portatilius usus tollitur, ibid.

FINIS.

